

Daniel Stoltzius von Stoltzenberg

Trias Hexastichorum, Sive Tres Centuriae Epigrammatum, Qua Seriorum, Qua jocoforum, qua variorum

Francofurti: Jennis, 1622

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn806814349>

Druck Freier  Zugang



Min. 41. 1-3. <R7

~~V. 3820.~~ ab. 5.

Trias Hexastichorum,

Sive

TRES CEN-
TVRIÆ EPI-
GRAMMATVM, QVA
SERIORVM, QVA
jocosorum, quã va-
riorum.

AUTHORE

M. DANIELE STOL-
cio de Stolcenberg Bohe-
mo, *Medicina Can-*
didato.

sc()se
✠

FRANCOFVRTI.


Apud LUCAM JENNIS.

Anno M. DC. XXII.



AD LECTO-
REM.

HÆc succisiviis Epigrāmata scribimus horis,
Claudimus & sensu plurima verba brevi.
Ludim⁹, & teneris carmē breve cudimus annis,
Quā fluit irriguis Manus amanus aquis.
Lectōri placido tenuis si Musa placebit,
Lusus non prorsus noster abusus erit.





ILLVSTRISSIMO AC POTEN-
tissimo Principi ac Domino,

DOMINO

MAURITIO

HASSIÆ LANDGRA-

VIO, COMITI IN CATIMELI-

boco, Decia, Ziegenhaina & Nidda, &c.

Literarum & Literatorum Ama-

tori ac Promotori celes-

berrimo

Hos tres libellos

D. D. D.

Accipe presentes porrectâ fronte libellos
O Princeps, Clarij duxq̄, decusq̄ chori.
Adspice versiculos placido, velut omnia,
Nec tenuis Musa despice verba mea. (vultu,
Sit licet exiguum, maiori tuq̄, cothurno
Dignior: at magnis parvula sepe placent.

I. C. V. Serv. Addictiss.

M. Daniel Stolcius de Stolcenberg

Bohemus, Med. Gand.

A 2

AD

AD D. M. DANIELEM STOL-
CIUM POETAM ET PHI-
liarum laudatum.

RODOLPH. GOELENIVS Senior.

QUID speras venerare hac tempestate Camænas
Stolci, quæ pectus perpoliere tuum?
Hæ famam peperere olim quæstumq; Poetis:
Nunc quæstum parvum pallidulamq; famem.
Ergo Astroscopiam potius meditare Magister,
Iugeque sit studium Flora & Hygeia tuum.
Est cepisse aliquid Daphnæ frondis honorem.
Pæonis ars plures sed tibi præstat opes.

ADEVNDEM.

IOANNES PINCIER M. D. ET PHI-
losophiæ naturalis Profefs. Marp.

Cum versus steriles sint astraque inania lucri,
Lucrosæ adfisciant nō sociam artis opem,
Sic Musas sectate tuas, sic astra tueve,
Ne senio expectes hinc alimenta tuo.
Ars aliqua est tentanda tibi fecundior illis,
Fallor? an ars dudum lecta tibi medica est?

Literatissimo Iuveni,

Dn. M. DANIELI STOLCIO CVT TEN-
berga Bohemo, Artium Apollinearum, Medicinæ
Astrologiæ & Poeseos studiosissimo.

IOANNES MOLTHERVS M. D.

et Profefs. Marp.

DVm cultum ingenii nostra venaris in ora,
Forte domi patriæ diripiuntur opes.
Si tamen hanc sortem trutina perpenderit æqua,
Inuenies lucro damna minora tuo.
Perfer & obdura: pax imminet aurea mundo,
Et repetes patrios diues ab arte Lares.

LIBER



LIBER PRIMVS —
 EPIGRAMMA-
 TVM M. DANIELIS STOL-
 CII DE STOLCENBERG BO-
 hemi, Medicinæ Candidati: in quo
 seria tractantur.

I. DEUS.

Circulus est quidam cuius manet orbita
 nusquam,

Illius at centrum corpora cuncta vidēt
 Dic, quid sit? Deus est, quæ vasti machina mūdī
 Non capit, & finem cernere nemo potest.
 Hic tamē est præsens cunctis ubicunq; locorum,
 Cuius vis centrum dicitur inde loci.

2. TRINITAS.

Sunt tria Phœbeo, corpus, lux, lumen, in orbe.
 Sed tamen hæc unum, non duo, nec tria sunt.
 Corpus fert lucem, lux dat cum corpore lumen.
 Corpus, lux, lumen, nomine Solis orant.
 Tres quoq; Sancta Trias Personas, nomē at unū
 Obtinet, hæc Triados Sol simulachra refert.

3. DEVS PATER.

Innumerabilium plenus Pater esse dierum

A 3

Dici-

*Dicitur, inde senem scripta sacrata notant.
Hic velut è nihilo Terrarum condidit orbem
Sic regit arbitrio nunc quodq; cuncta suo.
Protegit & curat nos & genus omne ferarum.
Illius in manibus Vitaq; Morsq; manet.*

4. DEVS FILIVS.

*Natus at ille Dei mihi cur gaudeat Agno,
Quod toties repetit pagina sacra, canam.
Est animal blandum, simul utile, moribus aptis,
Agnus, ei quando mors subeunda, tacet.
Sic tacuit Christus nostras in corpore labe
Dū tulit, hinc Agnū dogmata Sancta vocāt.*

5. DEVS SPIRITVS
Sanctus.

*Spiritus aetherea quando descendit ab aula,
A Patre cum Nato, missus in arua soli:
Assumpsit speciem mitis sine labe columba,
Discipulis Christi nuncia lata tulit.
Nuncia ceu quondam ramum viridantis Oliuae
Emissa è Noa, grata Columba, rate.*

6. ANGELVS.

*Nunciuss ille Dei, summi dum iussa Tonantis
Exequitur, celsi missus ab arce poli:
Os, humeros, Iuueni similis, pulcherrimus a lis,
Anolat, & pennis fertur in athre suis.
Nuncia mox latus peragit mortalibus agris,
Et tenero blandum promit ab ore sonum.*

7. DIA-

7. DIABOLVS.

Humani generis Damon sauiſſimus hoſtis,
 Horrida Tartarei qui ſolit antra lacus:
 Induit indomiti crudelia membra Draco^{is},
 Vel ſinuofa anguis ſuſcipit ora feri.
 Sic quondam tali forma ſeduxerat Evam
 Qua ſumpſit cacâ poma nefanda manu.

8. MVNDVS.

Nomē ab ornatu pulcherrima machina Mundi
 Obtinet, hoc etenim pulchrius Orbe nihil.
 Natura librum, Cœloq³, ſoloq³, ſaloq³,
 Compenſum dicunt, ſunt ubi verba Dei.
 Nam tribus è foliis, Cœlo Terraq³ Mariq³
 Ingenio celiſ multa legenda viris,

9. ANIMA MVNDI.

Mens regit hunc Orbem totos diſfuſa per artus,
 Hanc Animam Mundi dixerat eſſe Plato.
 Arridet noſtro Sententia diſta palato.
 Hoſ etenim pariter pagina ſacra docet.
 Hinc mihi multarum veniunt myſteria rerum.
 Hinc via Natura cui libet ampla patet.

10. TRIA RERVM

Principia.

Prompſerit ut doctas prudens operatio flammæ,
 Soluerit atq³ herbas, vel quod in Orbe vides:
 Sal petit ima, oleum medio nat, Spiritus alto:
 Lumine qua proprio cernere quiſq³ poteſt.
 Iniice ligna foco, ſulphur flammare videbis,
 Mercurius fumat, ſal, cinis ipſe, manet.

A 4

II. SAL

11. S A L.

Sal veluti basis est, cunctarum deniq³ rerum
 Principium fixum, perdit in igne nihil.
 Concreseit sicco facile, atq³ liquefcit in udo.
 Inde sapor rebus duritiesq³ venit.
 Illius innumeras species, animalia, planta,
 Herba, & cum gemmis cuncta metalla fovent.

12. S V L P H V R.

Sulphur uti gluten conflare volatile fixo
 Nititur, ut mixti forma sit inde tenax.
 Illud in igne cito flammam rapit, ardet, & urit.
 Rebus compositis hinc odor omnis adest.
 Prouenit hinc oleū, lacryma, quoq³ resina, gūmi.
 Vel quicquid flammam concipit igni vomas.

13. M E R C V R I V S.

Mercurius veluti fugitiva Spiritus unda
 Appetit alta, leui corripit igne fugam.
 Humorem cunctis rebus largitur amicum.
 In mixtis varius prouenit inde color.
 Mercurio adscribas igitur referasq³ liquores,
 Pinguibus exceptis, quotquot hic orbis habet.

14. C Æ L V M.

Est simplex corpus, quo non subtilius ullum.
 Coelum, diuini pagina prima libri.
 Syderibus multis ornatum, lumine claro,
 Continuum, nullis orbibus implicitum.
 Id veteres tabulam fati dixere Deorum.
 Omnibus è Cælo nam sua vita venit.

12. S T E L -

15. STELLÆ.

Quid memorem nitidi splendentia Sydera Cœli
 Quæ sunt pars orbis, lucida, densa, sui.
 Hæc Veteres tantum viginti, mille, duoq;
 Dixerunt, proprio lumine visa sibi.
 Plura vident hodie nauta, nos plura videmus:
 Ob numerum nullo quæ numeranda modo.

16. Diuisio STELLARVM.

Obliquo quadam sunt Sydera clausa sub Orbe,
 Bis senis signis quæ numerare potes.
 Splendida ter septem Boreas simulachra ninosus
 Continet, hæc nobis sole cadente patent.
 At Notus Australes mōstrat ter quinq; figuras.
 Quamuis non omnes lumina nostra vident.

17. ARIE S.

Qui tulit æquoreas Hellen cū fratre per Vndas
 Laniger, en stellis fulget in Axe suis.
 Ille quidem saltu facilis, sed corpore tantum
 Anteriore viget, posteriore riget.
 Hinc dum Sol radiis illum collustrat amicis,
 Debilis est tergo, fortior ore tamen.

18. TAVRVS.

Portitor Europes portavit ad æthera grates.
 Pleiadum cuius fronte caterua nitet.
 Illius auratis aperitur cornibus, Annus
 Dum teritur tergum Sole calente suum.
 Iam iuga multa bouum curuis aptantur aratri.
 Iam redit & terra maior ab Axe calor.

A V GE-

19. G E M I N I.

*Vnanimis geminos Helena concordia fratres
 Extulit ad nitidi pulchra theatra poli.
 Hospitium a thereo prabent quo tempore Phœbo,
 Latior is curru surgit ab itq̄ suo
 Illius & gemino geminatur vertice virtus,
 Parturiens blanda Cypride gaudet humus.*

20. C A N C E R.

*Herculis adiutor Lernaam mordicus Hydrant
 Arripuit, chelis splendet at inde suis.
 Sed quia retrogrado solet aequore currere cursus
 (Natura illud ei munere namq̄ datum.)
 Sic quoq̄ retrogradus cursū cōuertit ad Austrū
 Phœbus, ut illius concava membra subit.*

21. L E O.

*En Leo syluosa Nemees, labor ordine primus
 Herculis, eximiam pandit in Axe iubam.
 Hic quia cunctarum Rex est Dominusq̄ ferarū,
 Feruidus & celso pectore bella gerit:
 Sic Rex stellarum conscendens terga Leonis,
 Explicat ardentis axis in arce comas.*

22. V I R G O.

*At iubar Erigones lachrymosa fulget in astris,
 Ob Patris exitium qua fuit ansa mori.
 Iupiter illius casum miseratus acerbum,
 Transtulit ad celsi celsa theatra poli.
 Terra nihil profert, verum producta calore
 Excoquit, ut Phœbi suscipit illa facem.*

23. L I.

23. LIBRA.

Sustineat propriis Libram quia Scorpio chelis,
 Dimidium signi dicitur illa sui.
 Quando Phœbus eam radiis collustrat amicis,
 Librantur iusta noxq; diesq; mora.
 Liber Iacchus habet turgentes palmitis uvas,
 Maturos fructus libera turba legit.

24. SCORPIVS.

Progeniem Terra totam se iactat Orion
 Posse necare, sed hunc Scorpius ipse necat.
 Inde Iouis nutu nitidum defertur in axem,
 Qua stat Apollinea semita nota via.
 Matutina, parum cautos, tunc frigora ladunt,
 Tabifica cauda pungit ut ille sua.

25. SAGITTARIVS.

Aonias Nymphas Crotus Venator amabat,
 Corpore Centauri pictus at inde nitet.
 Ille polo proprias cum tempestate sagittas
 Et radius Solis mittit in arva soli.
 Imbribus aut niuibus gelido vel frigore Terram
 Contristat, glacie sistit & ambit aquas.

26. CAPRICORNVS.

Cum Ioue qui vixit, quando capra ubera suxit,
 Titanas vicit, letus in athre micat.
 Sed tamen erecto soleat quod corpore pasci:
 Sic Solerigitur dum sua membra subit.
 Bruma venit, rigido Boreas iam spirat ab axe
 Et nive candenti iam iuga cuncta nitent.

27. A Q V A R I V S.

*Iupiter ob formam rapti Ganymedis amore
 Gaudet, ei pueri funditur Vnda manu.
 Decrescunt tenebrae, sed crescunt luminis hora,
 Quando Phœbeas sustinet ille moras.
 Frigora non cessant sed nos magis dura fatigant.
 Æolus & ventis cinctus ab Axe venit.*

28. P I S C E S.

*Vertitur in piscem Cypris fugiendo Typhona,
 Mollis cum nato flumine captæ suo.
 Ergo memor formæ Piscis, tantiq; pericli
 In cœlo pisces à Ioue iussa locat.
 Vdà tunc undà Mundus non mundus abundat.
 Dum pisces radiis lustrat Apollo suis.*

29. S A T V R N V S.

*Falcifer ille senex satur annis errat in Orbe
 Supremo, & natos devorat ore suos.
 Cursum terdenis peragit vix tardus in Annis,
 Nocturna huic caper est, urna diurna domus.
 Invidia fautor, pestis promotor, & author
 Tristitia, plumbum cui datur atq; lien.*

30. I V P I T E R.

*Sceptryger ille Pater miseros iuuat, inde benigni
 Nomen habet, blando syderis igne micat.
 Sydera bisseis annis bisseña peragrat
 Huic noctu Pisces, luce Sagitta, placent.
 Iustitia fautor, promotor religionis,
 Author opum, Stannum cui datur atq; iecur.*

31. MARS.

*Ensifer ecce ferus tibi morte minatur amara,
 Mavors, qui vertit magna voratq; simul.
 Per duodena annis currit celer astra duobus.
 Huic alba est aries Scorpius atra domus
 Bellorum fautor, litis promotor & ira,
 Cum rabido, ferri, felle, metalla, regit.*

32. SOL.

*Sol oculus mundi, fons vita, lucis origo,
 E solio solus dat bona dona solo.
 Vno Zodiacum tantummodo circuit Anno,
 Splendida magnanimi terga Leonis amat.
 Est fama & mentis magna dator, auctor honorū.
 Laurus, cor, aurum, cui datur atq; merum.*

33. VENVS.

*Alma Venus blando comitando lumine Solem,
 Grata nimis cunctis rebus in orbe venit.
 Absoluit cursum spatium ceu Phœbus eodem.
 Taurus eam noctu libraq; luce fouet.
 Latitia genitrix, foecundi Mater Amoris
 Dicitur, & venes possidet a scq; simul.*

34. MERCVRIVS

*Mercibus insignis, pulchris caducifer alis,
 Ceu Proteus varias gyrat in æthere vias.
 Vi comes est Phabi, sic cursu currit eodem.
 Huic noctu Gemini: Virgo diurna fauet.
 Ingenij cultor, dator Artis, & ultor iniqui.
 Pulmo, hydrargyrum cui vaga fronsq; subest.*

LVNA.

35. LVNA.

Luna soror Solis, cui lux aliena refulget
 Nunc orbem sua nunc cornua mōstrat humo.
 Mense suo motu caelestem permeat orbem,
 Diligit & cancri brachia lata caui.
 Fortuna genitrix humorum provida Mater.
 Ventriculum, argentū, qua capit atq; caput.

36. TEMPVS.

Tempus edax rerum rabida rapit omnia falce,
 Auolat, amissum nec remeare potest.
 Occipit huic caluum, dependent fronte capilli.
 Inuidia facies plurima signa refert.
 Omnia fert secum, sed rursus qua dedit aufert.
 Quod fuit, est, & erit, mente manuque tenet.

37. ANNVS.

Annus apud Veteres Serpentis imagine curua
 Pictus erat, caudam qui tulit ore suam.
 Et merito: Nam sic semper velut Anguis in orbē
 Annus ab aethereis itque reditque viis.
 Est ubi principium surgentis, ibi ecce prioris
 Finis adest, caudam sic vorat ille suam.

38. VER.

Ver veniens veram Veneris fert aethere vitam.
 Terra viret vario gramine, flore nitet.
 Lanigerū Phabus, Taurū, Geminosq; peragrat.
 Dat tenebris aquam luminis hora moram.
 Optima temperies hanc partem temperat anni.
 Hoc etiam quavis tempore cantat auis.

39. ÆSTAS.

39. ÆSTAS.

Æstas est Cereris, qua magno Syrius aestiva
 Vrit agros, spicis horrea plena facit.
 Sentit Apollineum Cancer Leo Virgo vigorem
 Inde dies longus nox brevis ire solet.
 Æstas est etas quæ cuncta Animalia gaudent:
 Nidificant & aues, mellificant & apes.

40. AUTVMNVS.

Fructib. auget opes, Bacchoq; Autumnus amico
 Autumat optatum se reparare bonum.
 Libra facem Solis fert, Scorpius, Arcitenensq;
 Librantur spatijs noxq; dieq; suis.
 Iã repetunt proprias Animalia cuncta cauernas.
 Linqvit Auis nostri frigida resqua soli.

41. HYEMS.

Aspersa surgit Hyems cum tempestatibus Anni,
 Æolus & ventis spirat in orbe suis.
 Suscipit hospitio Phœbū, Caper, Amphora, Pisces
 Hinc nox longa nimis, lux brevis axe venit,
 Vnda riget glacie, rigido quoque frigore Terra
 Stringitur, & niuibus sternitur usque vagis.

42. MENSIS IANVARIVS.

Annum præteritum claudit reſeratq; futurum:
 Dicitur hinc Anni ianua grata novi.
 Frigore perpetuo pecudes hominesq; fatigat,
 Et glacie liquidas densat & ambit aquas.
 Si cupis esse leuis, ferro ne tangito venam.
 Vtere sed calidis: balnea blanda subi.

43. FEBRVA-

43. FEBRVARIVS

Corpora qui Veterum vexarat febribus olim
 Haecenus à febris nomen & omen habet.
 Aspera constricta dissoluit frigora terra,
 Paulatimq³ niues montibus ire iubet.
 Pharmaca iam sumas posthac incidito venam
 Vt malus è tenero corpore sanguis eat.

44. MARTIVS.

Martia Romulidum prodibat ad arma Iuuetus
 Quam primum mensis Martius ortus erat.
 Hic reficit grato terrena theatra calore
 Vnde redit solitus ruris ab Axe labor.
 Balnea nunc profunt: humores vina nocentes
 Progenerant, vena sectio saepe nocet.

45. APRILIS.

Hic poros aperit, Terra q³ repagula pandit,
 Molliatum viridi gramine prata regit,
 Mox plantare iubet, committere semina sulcis,
 Auget & in nostro corpore phlegma malum.
 Ergo seca venam, corpus medicamine purga.
 Vtere post blanda Cypride, sume merum.

46. MAIVS.

Terra pictor adest, maiorum summa voluptas
 Quo veniente Venus mollis ab axe venit.
 Tempora temperie decorantur, floribus herba.
 Optatum repetit iam Philomela melos.
 Exhilara mentem dictis factisq³ iocosis.
 Corpus scalpellum, balnea, prata, iuuent.

IUNIVS

47. I V N I V S.

*Mensis adest iuuenum, quo gaudet regia Iuno.
 Quove dies longus, nox brevis, esse solet.
 Iam redit astatu tempus, iam Cynthia astu
 Maiori fructus urit ab axe novos.
 A rebus calidis, nimioq; labore, lauacris
 Abstineas, venam contineasq; tuam.*

48. I V L I V S.

*Quintili Caesar proprio de nomine nomen.
 Imposuit, Vita quo data fila sua.
 Torrida iam segetem spicis exasperat Æstas.
 Rusticus in pratis gramina falce metit.
 Nunc canibus lepores venari, figere ceruos,
 Et gelido corpus mergere in amne potes.*

49. A V G V S T V S.

*Cæsaris Augusti Sextilis nomine gaudet
 Principium Vita nam tulit ille sua.
 Falce secanda seges, vegeti qua cocta calore
 Efficiet donis horrea plena suis.
 Balnea, vina, Venus, therma, somnusq; diurnus,
 Sunt fugienda, cruor corpore nullus eat.*

50. S E P T E M B E R.

*Septimus arboreis oneratur fructibus imber,
 Facundumq; fimo reddere tentat agrum.
 Iam redit Autumnus, iam nox est a qua diei,
 Iam pyra, poma, nuces, rustica turba legit.
 Scarificato cutem, venis emitte cruorem.
 Fac generent succos, pharmaca, vina, novos.*

O C T O -

51. OCTOBER.

Collige maturas turgentis palmitis uvas,
 Octavus mustum protinus imber aget.
 Ille dat aucupsum, lepores captando ferasque.
 Conijcit exculto semina culta solo.
 Balnea nunc profunt, moderataq; sectio vena.
 Sint volucres esca quadrupedesque ferae.

52. NOVEMBER.

Cernis ut effatam contristent frigora terram
 Paulatim, nonus dum nixis imber adest.
 Anser nunc pingui, porcis quoq; plurima turba
 Vescitur, & lani dulcia vina bibunt.
 Iam labor assiduus foveat tua membra calore
 Ventriculi vires, pharmaca sumpta iuvent.

53. DECEMBER.

At decimus brumam cum tempestatibus imber
 Portat, & equoreas frigore durat aquas.
 Est spatium noctis longum, mora parva diei.
 Qua fuit atra prius iam nive candet humus.
 Nunc unda calida, calido simul utere victu.
 Pellibus à toto corpore pelle gelu.

54. AVRORA. (4. Partes diei.)

Aurea dum surgit roseis Aurora quadrigis,
 Ad studium pueros surgere mane monet.
 Rore rigat terram, spargit quoq; lumen in aurã,
 Inde color cunctis rebus ab axe redit.
 Hinc avium modulis resonat vaga rura sonoris.
 Inde sua peragit quilibet artis opus.

55. LVX.

55. LVX.

Luce lucet Phœbus, dux & fax splendida rebus.

Qua redeunte polo, reddita vita solo.

De bonitate Dei cura mora facta diei.

Qua si non tibi adest, tum Dea Sortis abest.

Quaritur hic victus, mollisq; paratur amictus.

Lustrat avarus opes, cuncta animata dapes.

56. VESPER.

Serus ab occiduis Mundi venit Hesperus oris.

Quo veniente niger Vesper ab axe redit.

Rure domum propera, vires reparare paratus.

Mox aderit pigra noctis amica quies.

Iam repetunt nidos volucres, nota s; cavernas

Quadrupedes, nudis piscibus unda placet.

57. NOX.

Noctē nocent fures furiosi sapē necantque

Dum capitis tenebras ebria turba capit.

Si labor exhaustit tua mollia membra diurnus,

Illā potest mollis iam reparare sopor.

Somnia te noctu per tuta silentia ludent.

Ludere, non aliquem ladere, namque solent.

58. PVERITIA. (4. Ætates.)

Pene Puer Veri similis, florique caduco.

Saltat ut hœdus ovans, sicut alaunda canit.

Mobilis hac ætas, levis, inconstansque vocatur,

Debilis, alterius qua relevatur ope.

Sit puer ut purus, teneris hunc instrue in annis.

Quo cupis hoc crescet planta tenella modo.

59. ADO-

59. ADOLESCENTIA SIVE
iuuentus.

*Vt iuuet at iuuenis propria pietate Parentes
Hinc veluti Taurus fortia membra gerit.
Musica, Bacchus, Amor, gaudet iuuenilib. annis.
Pandit & hac atas arbor ut alta comas.
Hic biuium vita: Virtutis an atria sancta
An Iuuenis vitij debeat antra sequi.*

60. VIRILIS ÆTAS.

*Vir virtute viret, viget audax viribus amplis,
Ceu Leo, magnanimum corpore pectus habet.
Consilio pollet, studiorumq; ubere fructu:
Arbor in Autumno ceu dare poma solet.
Omnia prudenter facit, & virtutis alumnos
Strenuus exemplis admonet vsq; suis.*

61. SENECTVS.

*Ecce necem secum tuò silicernia portant,
Vtq; Asinus pandus pendula membra tenent.
Hac Ætas tremulos reddit candente capillo,
Et monet at herei templa petenda poli.
Tædimus huc omnes, teneris qui viximus annis,
Cogimur in senio ferrea fata pati.*

62. IGNIS (4. Elementa.)

*Gignit inexhaustos vitalis hic ignis amores,
Materiam forma iungit in orbe sua.
Illum Vulcano voluit sacrare vetustas,
Quem regit, atq; comis auget Apollo suis.
Ille nihil solus generat, sed ut humor eidem
Mixtus adest, genitrix hic fit, at ille Pater.*

63. AER.

63. A E R.

Regia Iunonis tribus in regionibus orbis
 Aerei validas pandit & ambit opes.
 Iupiter hic etiam nunc sudus in orbe serenat,
 Nunc vñus siccis irrigat imbregenas.
 Innumeris Aer format simulachra figuris,
 Qua poterit celfo quisque videre loco.

64. A Q V A.

Vnde sit vnda, rogas? revñ quoniã inde sit ortus,
 A qua vt principio singula nata suo.
 Totum Neptunus cum Doride possidet Aequor,
 Et regit id cursu lucida Luna suo.
 Vnda fouet pisces & plurima monstra marina.
 Conchas cum cancris ostrea dura parit.

65. T E R R A.

Quam terimus terrã, nos territat illa tremendo.
 Et nostros artus quos dedit ipsa terit.
 In medio mundi vi stando Vesta vocatur,
 Saturni vires imperiumque subit.
 Multa metalla parit, producit germina mille,
 Nutrit aues teneras, quadrupedesque feras.

66. E V R O P A. (4. partes Terræ.)

Iupiter in Cretam transportat Agenore natam
 Per mare, dum Tauri fortia membra refert.
 Fertilis est regio, diues, populosa, salubris,
 Artibus, imperio, religione, viget.
 Regna decem, montes celfos, maris aquora terna
 Continet, hanc blandè flumina multa rigant.

67. A S I A

67. ASIA.

*Manai natus, genitrix vel chara Promethei
 Sive palus, Asia nomen in Orbe dedit.
 Est regio celebris nostra decorata salute.
 Informes homines & fera monstra parit.
 Auriferi fluvii, duoq; æquora, Caucasus ingens
 Hanc decorant, sed gens Turcica dedecorat.*

68. AFRICA.

*Afer ei dederat, quod sit sine frigore, nomen.
 Et merito, nimio namque calore calet.
 Est sterilis, virofa, vagis insignis arenis.
 Nigra ubi perpetuo gens nova multa videt.
 Nilus inundat eam, vertex Atlantis obumbrat,
 Vrit Apollo comis, sed freta bina rigant.*

69. AMERICA.

*Inventore suo novus Orbis gaudet, opertum
 Ne mirare, mari nam bene clausus erat.
 Carnibus humanis fera gens ibi vescitur, astra
 Et Sathana speciem numina stulta colit.
 Innumero numero gemmarum pollet & auro.
 Vicinus at est tenuis, veste domoque carent.*

70. SANGVINEVS. (4. Humores.)

*Vis latet in sano cuiusvis sanguine summa
 Dum perit hic vires tum quoq; perdit homo.
 Sanguineus latam tantum vult ducere vitam.
 Scit ioca, scit blandâ spargere fronte sales.
 Musica Bacchus ei cura, & cœliq; Pelasga.
 Cogitur ob Venerem multa pericla pati.*

71. CHOLE-

71. CHOLERICVS.

*Bilis in humano non viles corpore vires
Exerit, hanc tibi vis fellis amara parit.
Qui cholera premitur, diversos concipit astus
Irarum, multum litigat atq; bibit.
Cantibus & Baccho gaudet, tenerisq; puellis,
Audet & aduersis obuius ire malis.*

72. MELANCHOLICVS.

*Bilis at atra sibi lites in corpore format
Innumeras, vario cor cruciante metu.
Ergo Melancholicus mæsto suspirat anhelus
Pectore, cur voluat tristia semper habet.
Hinc loca perpetuo tantum deserta requirit.
Ipsius genium gaudia nulla iuuant.*

73. PHLEGMATICVS.

*Frigida cui tepidum præpoderat unda calorem,
Huic onerant rigido membra tenore caput.
Inde piger pigro torpet per sæpe veterno,
Corporis mens veluti pondere pressa latet.
Otia multa illi, sed nulla negetia cura.
Conueniunt ventri fercula lauta tamen.*

74. AVRVM. (7. Metalla.)

*Aurea dona cupit, capit, & rapit omnis avarus.
Id superat pretio cuncta metalla suo.
Multoties alta terra reperitur in aluo.
Multoties illud fluminis unda vehit.
Humano cordi magna virtute medetur.
Imperio regitur pulcher Apollo tuo.*

75. ARGEN

75. ARGENTVM.

Artes Argentum generosas gignit in orbe.
 Artibus id genitum quis æget ergo bonis.
 Inde gerendarum rerum benè dixero neruum.
 Vt fatearis idem grata moneta monet.
 Effoditur terra, cerebro succurrere crebrò
 Dicitur, id proprio lumine Luna regit.

76. ÆS siue CVPRVM.

Æris erat magnus permultis gentibus usus,
 Insula quod Cyprus suppeditarat eis.
 Inuentum in terra, vel partem continet auri
 Vel simul argenti, si quis id arte secet.
 Testibus humanis, reni, Venerique dicatur.
 Primò ex hoc Roma cusa moneta fuit.

77. STANNVM.

Stant numero numerata vago tibi stænea vasa,
 Si quid habes ut edas, aut simul unde bibas.
 Argento mixtum stannum dant viscera terra:
 Sic sociis gaudent cuncta metalla suis.
 Conuenit id iccori præstanti robore nostro:
 Inde refert vires & Iouis imperium.

78. FERRVM.

Ferrum fert magnum grati rumoris honorem,
 Et merito: Nam usum Martis & Artis habet.
 Eruitur terrâ, sed eo mox illius antra
 Quarere, & illud in as vertere quisq; potes.
 Humani succo respondet fellis amaro.
 Inde subest radius Mars truculente tuis.

79. PLVM-

79. PLVMBVM.

Debilitare potest lumbos tibi lamina plumbi,

Illi si nimio forte calore calent.

Argentum & stannū terra comitatur in antris.

Consule Vulcanum quisquis id inde petis.

Huic datur in nostro plenum splen corpore bilis,

Pigri Saturni livida stella fovet.

80. ARGENTVM VIVVM.

Mercurius curas lapidem quarentibus offert

Argento vivo tectus in orbe meras.

Ferrena vena, fluvij, variaq; caverna

Illud producunt, sedula palma legit.

Assimilatur ei pulmo de corpore nostro.

Mercurij tremulo lumine stella favet.

81. QVATVOR SVMMA ORBIS

Imperia.

Quam statuā noctu vidit Nebucadnasar olim,

Quatuor Imperiis illa notata fuit.

Huic Daniel Vates supra celeberrimus omnes

Exposuit, membrum quid sibi quodq; velit.

Quatuor ipse tamen cernens animalia, regni

Quadruplicis melius noscere sceptrā dedit.

82. MONARCHIA PRIMA

Chaldæorum siue Assyriorum.

Quæ fuit Assyriis concessa Monarchia prima

Aurato statuæ vertice signa tulit.

Mille & sexcētos triginta sexq; per annos

Innumeris populis hæc sua iura dedit.

Adspectu horrendo, tetra similisq; Leana,

Cui aquilina humeris apposita ala latet.

B

83. MO-

83. MONARCHIA SECUNDA
Persarum siye Medorum.

*Altera Persarum pandebat sceptraper Orbem,
Argenteum pectus qua vocitata fuit.*

*Supra bis centum, tantum bis quinque per annos
Rexerat innumeras totius Orbis opes.*

*Hæc urso similis, series cui dentis in ore
Aucta ter humano corpore pasta tumet.*

84. TERTIA MONARCHIA
Græcorum.

*Magnus Alexander victo feliciter Orbe,
Transtulit ad Græcos illius Imperium.*

*Non tamen ulterius quam Persæ iura tenebant.
Æreus expressit venter id atq; femur.*

*Imperium validum, Pardo, par, quatuor ala
Cui, quadruplexq; caput, vis quoq; magna
fuit.*

85. QUARTA MONARCHIA
Romanorum.

*In duo dividitur Romana Monarchia, planta
Celi fuerant binæ, magne Colosse, tuæ*

*Imperium discors: ferro ut malè limus adhæret,
Eius membra simul sic malè iuncta manent.*

*Bestia terribilis, cui dentes arma, decemq;
Corrua, conculcat qua pede cuncta suo.*

86. FUTVRVM SÆCVLVM.

*Absq; manusaxum magno de monte revulsum
Percutiet statuam comminuendo, pedes.*

*Cuncta ruent pariter, tū bestia quarta peribit,
Antea mirandis sit licet usa sonis.*

Evertet

*Evertet rugiens Aquilam Leo bella moventem.
Bella quibus populos opprimit illa pios.*

87. PHILOSOPHIA. (4 Facultates.)

Philosophia docet normam formamq; docendi.

Ad reliquas Artes pandere prompta fores.

Illam suos magna Cultores laude coronat,

Sed tamen abiecta vivere sorte facit.

Talia non incunt de regnis praelia Reges,

De verbis multi qualia bella movent.

88. THEOLOGIA.

Hac maiestatem summi quoq; iussa Tonantis

Explicat, & nitida ducit ad astra via.

Theologi veri magno decorantur honore,

Quibus & opum nunquam copia grata de est.

Degeneres, ventri tantummodo dedita turba,

Crimen avaritia, tum vaga corda gerunt.

89. MEDICINA.

At Medicina Dei miracula sparsa per Orbem

Perlegit, & morbis saucia membra levat.

Magnus honor Medicis debetur, ut ipse Iehovah

Praecipit, his & opum copia blanda favet.

Qui tamen his inhiant, iurantq; in verba Ma-

gistri,

Efficiunt vitiiis multa sepulchra suis.

90. IURISPRUDENTIA.

Iustitia leges Iurisprudencia pandit,

Rex regat ut iuste, grex bene cuncta gerat,

Munera Iuridicis quamplurima sapere feruntur,

Atq; honor immensus non sine laude venit.

*Sed qui fraude sua tantummodo dona ferentes
Respiciendo iurant, laudis honore carent.*

91. ÆNIGMA CHYMICVM.

*Dum fumus rapido consumet in igne Leonem,
Cygnus de Corvo quando trophæa feret:
Innumeros referet Pavonis cauda colores,
Quos tamen hinc radiis pellet Apollo suis.
Tum rubeū Servū Coniunx sibi candida iunget
In pelago: Voti tu quoq; compos eris.*

92. VISVS.

*Ecce duces hominum, parvi duo lumina mūdi,
Qua benè natura picta theatra iurant.
Sydera, divitias terra spectamus, & undas.
In speculo facies hinc suā cuiq; patet.
Adspice lynx acie quàm singula cernat acutè,
Aut aquila radios splendide Phœbe tuos.*

93. AUDITVS.

*Concava littoreo resonant velut antra boatu:
Sic infert varios auribus aura sonos.
Musica blanda placet, vocum discrimina mille
Exhilarant aures hinc ioca grata, sales.
Exultant modulis animalia cuncta sonoris,
Præ reliquis cervus, post aper atq; lepus.*

94. OLFACTVS.

*Dum redeunt flores, varii sparguntur odores,
Excipere hos qui vis nare patente potes.
Auram fragrantē faciet rosa, moschus, amomū,
Ambraq; vel calido thura perusta foco.*

Hic

*Hic meritò à multis celebratur odora canū vis,
Vultur & impuris clara cada veribus.*

95. G V S T V S.

*Lingere lingua solet si quid gustare quis optat:
Inde sapor gratus manat & insipidus.
Sunt varij fructus, sunt fercula grata palato,
Sunt varij potus vinaq; lauta satis.
Pisittacus hoc sensu pollet, tum simia, porcus,
Fercula quæis nimium deliciãq; placent.*

96. T A C T V S.

*In cute per carnem nervorum sparsa propago
Sentire amplexus osculaq; blanda facit.
Corpora tu tactu calida, humida, frigida, sicca,
Mollia, dura simul ritè notare potes.
Qua telas tenui contexit aranea filo,
Tangendi sensu gaudet ovatque suo.*

97. H O M O.

*Est Homo terrestris Deus, vno corpore trinus:
Cui opifex dederat quicquid in Orbe manet.
Est parvus mundus, septem vaga sydera mēbris
Corporeis, validus signaque fixa refert.
Continet in sese cunctarum semina rerum:
Eius enim centro circulus Orbis adest.*

98. C O R P V S (Tres Hominis partes:)

*Corpus ut è limo terra Deus ipse creavit;
Sic illud terra non nisi claustra petit.
Pondus iners: quod si sprete ratione sequaris
Deprimet, & brutis te similem efficiet.*

*Quatuor hoc magni referens Elemēta Parentis,
Post obitum promptè rursus in illa redit.*

99. SPIRITVS.

*Spiritus è limbo, proprio cum corpore crevit,
In lymbum pariter post sua fata redit
Est veluti gluten, mentem cum corpore iungit.
Est veluti magnes, calica dona trahit.
Spiritus Cæli similis. Si fortè sequaris,
Angelicam Vitam ducere ritè potes.*

100. MENS.

*Mens quod ab immensi manaverat ore Tonātis
Principium repetit carne soluta suum.
Et quia nata Deo, levis est: & rursus ad illum
Se leuat, atq; leui ducit ad alta via.
Hanc si tu recta fueris ratione secutus,
Cum summo per eam numine iunctus eris.*

**CORONIDIS VICE PRI-
MÆ HVIC CENTVRIÆ AD-
iiciatur Carmen Rhyt-
micum.**

**DE MISERIA BOHEMIÆ
& eius Origine.**

T Angunt & angunt ecce molestia
Multa Bohemos, dum fera Bestia
Vis seruit istius maligna,
Qua Sathana cruciatur igne.
Summi Parentis Cognitio latet,
Devota cunctis nec pietas patet.

Surgunt

Surgunt cruenti bella Martis,
 Nulla fides probitasq; castris.
 Virtus reliquit splendida iam solum,
 Vexata bellis, & petiit polum.

Currit maligno turba cursu.
 Tum furit & ferit alta morfu,
 Dilecta quondam cuilibet Ars iacet,
 Et derelictus Mars iterum placet.
 Mars certa mors nostra Parentis,
 Pernicies rabiosa gentis.

Fractus molestat coniugium thorus.
 Fugatur omnis Pieridum chorus.

Non iura cura, non honores,
 Nec populo liciti labores.
 Quodcunq; possum cernere lumine,
 Sursum deorsum non sine turbine
 Iactatur, Æquor cœu procellis,
 Assiduis ita Terra bellis.

Si quis requirat, cœu fieri solet,
 Solum Bohemum cur adeo dolet?
 Quæ causa tantorum malorum?
 Nequities scelerata morum.

Peccata certè nostra gravant Deum:
 Ut puniat nos, alliciunt eum:

Quæ iam per amplis aucta nervis
 Innumeris mala dant catervis,
 Terra Bohemæ delicias Deus
 Concessit, aiens, his populus meus
 Utatur, & nobis amorem
 Hinc referat, meritumq; honorem


Elata gens hoc germine muneris,
 Est imminentis fax sibi funeris.
 Donis Dei cunctis abusa,
 Divitiis vitiis ut usa.
 Namq; otiosam blanditiis viam
 Omnes amabant, ob scelus impiam.
 Sic forte, ceu pisces in undâ,
 Luxuriant animi secunda.
 Solum polum, sed quis regit & salum,
 Ne serpat inter nos magis hoc malum.
 Iusto coercet nos flagello,
 Peste, fame, rabido ve bello.
 Ergo Coloni iam citò surgite,
 Ne vestra dire pectora gurgite,
 Absorbeat torpor rapaci,
 Atq; solo noceat feraci.
 Delicta posthac spernere discite,
 Novamq; vitam qua pia ducite,
 Commissa Iovæ confitendo,
 Et veniam vitiis petendo.
 Clamate: Magni Conditor Ætheris,
 Ne nos relinquant rebus in asperis.
 Feliciori da tenore
 Stet Cœlicæ novus Annus ora.

LIBER



LIBER SECVNDVS.

**EPIGRAMMA-
TVM M. DANIELIS
STOLCII DE STOLCEN-
BERG BOH. MED. C. QVI
iocosa & amatoria con-
tinet.**



AD LECTOREM.

Quæris Amoris opes, dictæria falsa, iocosque,
Lector? in his cernes quod placuisse queat.
Spernis amoris opes, dictæria falsa, iocosque,
Lector? ab his oculos fac procul esse tuos,
Non mihi cuncta placent, placeã si non ego cunctis,
Quid mirum? Cunctis nemo placere potest.

B 5

i. Amor

1. Amor occultari non potest.

Virginis ad nutum cuius dant lumina motum,
 Illius hac blando pectus amore trahit.
 Est occultus amor Iuvenum qui pectora turbat,
 Sed tamen occultus non manet ille diu.
 Ignis ut è flamma famoq; notatur aperto,
 è certis signis sic aperitur Amor

2. Virgo & Virga.

Virginis & Virgæ paruum discrimen habetur :
 Corripit hæc puerum corripit illa virum.
 Si puer est petulans, fronti si cornua surgunt,
 Virga facit mores discat ut ille bonos.
 At Iuvenis verbis vel factis quando superbit,
 Virgo domat cordis vim rabiemq; feri.

3. Historia.

Innumeros latus vocat ad convivia Sponsus,
 Dum celebrat grati fœdera coniugii
 Ad sunt & mensis accumbunt ritè paratis :
 Vna deest propriis virgo retenta comis.
 Compta satis properat, sed mensi: fercula dèpta,
 Excipitur risu fabula cuiq; novo.

4. Cupido.

Cypride prognatum pingunt sine veste puellum.
 Cuius in adpectu lumina nulla vides.
 Si puer est, dic què longa vum Nestora vincat?
 Què superet fortes Hercules ille manus?
 Si nudus, rigida què perfert frigora Bruma?
 Si cæcus, metam què videt ille suam?

5. Declin-

5. Declinatio Scamni. Sing. Num.

- N. Si premit ingratū te duro vulnere Scamnū,
 G. Cur Socius Scamni tam bonus esse cupis?
 D. Nulla falsus Scamna, lectū te poscimus omnes,
 A. Declina Scamnum qui cupis esse levis.
 V. O Scamnum quantum fers noctis tempore
 damnum!
 A. Non tamen à Scamno luce puella fugit.

6. Pluralis Numerus.

- N. Ligna Scamna licet sint splendida, saxea
 pulchra,
 G. Scamnorum certè nullus amator ero.
 D. Sit sua laus Scānis. Scānis ego prefero lectū,
 A. Id faciet mecum qui modò Scamna fugit.
 V. Rusticus illa premat, mihi vos ò Scāna valete
 A. Tuq; tibi à Scamnis ò studiose carce.

7. De Amore.

Stultus es aut ager teneros qui spernis amores,
 Quis nihil in toto dulcius Orbe manet.
 Si cupis ergo bonus cunctis sapiensque videri,
 Et fieri toto corpore sanus, ama.
 Esse Poeta cupis? sis primo fidus amator,
 Protinus alti sonum carmen Apollo dabit.

8. Amoris Symbolum.

Gens est Oceani glacialis littora propter,
 Qua thalamis adhibet symbola pulchra suis.
 Aspera namque silex abstrusos elicit ignes
 è chalybe, inde levi fomite flamma viger.

*Est occultus Amor, sed amoris splendida flāma,
Communem sobolem Vir mulierq; parit.*

9. ORATIO RVSTICI IN LE-
cto sponfam videntis.

*Rusticus amplexum sponsæ ambiturus amcēnū,
Ad lectum tales edidit ore preces:
Nunc Seruū blanda dimittis pace Iehova:
Est tua namq; meo lumine visa salus.
Hac veluti Simeon toties repetendo, petebas
Luminibus visa dulce salutis iter.*

10. DE PVELLA à MILITE
vestibus spoliata.

*Liquit Eques nudam detracta veste puellam,
Illa pudore suū motaprehendit equum.
Hunc dum conscendit, fugit illicò, miles at illam
Insequitur pedibus, Patris ad usq; casam.
Cogitur hic subvo sua Ephippia plena metallo
Tradere nudata, post equitare miser.*

11. CVR SENES AMENT, IV-
venes verò in amore moriantur?

*Ibat Amor socio coniunctus fœdere Morti
Instructus telis, Mors etiam ipsa suis.
Mors noctu puero furatur tela cubanti,
Huic sua substituens spicula plena necis.
Inde calent curvæ silicernia proxima morti.
Cogitur at Iuvenis mox in amore mori.*

12. De Arte Destillatoria, ad quendam
Chymicum Germ.

*Difficiles lectu mihi Mars facit improb⁹ herbas,
Lectas Ars miro tollit ad alta modo.*

*Educit vires, venit hinc Essentia quinta.
Inde parare salem scis Paracelse tuum,
Multa magisterii posthac mysteria promiss,
Quæ referant vitæ commoda mille tuæ.*

13. Effigies castæ Virginis.

*Pingitur effigies cum Pallade (æva Draconis,
Qui comes it virgo fert ubicunq; pedes.*

*Hoc custode suis Pallas spatiatur in hortis,
Nullius insidias aut mala damna timens.*

*Tendit Amor laqueos formosis saepe Puellis,
Ergo Parens nata cura sit usq; tuæ.*

14. Quæ formosa.

*Quid mihi cum forma, vaccinia nigra leguntur,
Floris ubi exiguo tempore candor abit.*

*Candor in interno quærendus pectoris antro,
In facie multis plurima damna tulit.*

*Fallimur ignari fucato saepe colore,
Hinc Veneri Iuvenes præda petita sumus.*

15. Amor honestus.

*Dextrâ fert florem piscemq; Cupido sinistra,
Ostendens toto quam sit in Orbe potens.*

*Scire cupis doctâ præclarus Pictor in Arte,
Cur pueri manibus pinxerit illa vagis?*

B vii Flori-

*Floriferâ Terrâ qua sunt pro gnata. mariq;
Cuncta Cupidinei vulnus amoris habent.*

16. Amor impudicus.

*Dextra tenet florem, nudum manus altera piscē,
Cypride pro gnati qui modo pictus adest.
Flos quid significet, non est dissolvere pigrum:
Longinquis terris ille petitus adest:
Gallia quem quondam totū dispersit in Orbem.
Piscis at hic medicam Polypus optat opem.*

17. Historia.

*Qui metuat nunquam rabiosa Coniugis iram,
Has ocreas, quidam dixerat, accipiat.
Rusticus accepit, lardum simul accipe, dixit
Alter, & in gremio rustice conde tuo.
Rusticus, indusiūm maculatum cerneret Vxor
Inquit, at ille ocreas redde mihi ergo meas.*

18. In Vino veritas. v. Poet. Colb

*In Vino Veteres veri dixere sepulchrum,
Qui quarit verum diligat ergo merum.
Hinc benè Philosophi verum cecinere profunda
Submersum, doli forma profunda satis.
Hauriat ergo merum qui vult contingere verū
In doli fundo vera profunda latent.*

19. Circe.

*Conatur magicis animum pervertere verbis,
Atq; procos porcos reddere nympha suos.
Philtra venenatis offert commixta medelis,
Qua totum corpus mentis & antra petant.*

Hinc

Hinc studiosa igitur procul o procul esto Iuvetas,
Neve tibi noceant dira venena cave.

20. Vlyffes.

Mercurius contra dira medicamina Circes
Moly dat Æolida, quod mala cuncta levat.
Huic frons est viridis, flos lacteus, atraq; radix.
Non tamen effoditur absq; labore gravi.
Ergo qui se va metuit sevissima Circes
Pocula, Mercurij querat id auxilio.

21. Puellarum officium.

Quid Testudo notet Couis quam pinxit Apelles
Sub pedibus Paphia, dic mihi Musa, Dea?
Admonet officij teneras Testudo puellas,
Ceutacet, ut taceant ne mala damna ferat.
Ac velut illa domū propriam nō deserit unquā,
Sic maneat semper casta puella domi.

22. Iason.

Carmina Pegaseus Medea risit Iason,
Frustratas cernens viribus illa suis.
Huic amuletum fuerat morasilla duobus
In crucis effigiem clausa sub orbiculis.
Carmina non poterant hunc vincere, phittra
nec herba.
Qui sapit aptet avem sic quoq; rurus erit.

23. Cupido.

Cum Veneris natus viridi spatiatur in horto,
Atq; manu tenera dulcia mella legit.
Figit Apis digito, duro sua spicula morsu.
Ploratis, & Matri protinus illa refert.

Cui,

*Cui, bene, Mater ait: Nā tu quoq; cordib. amplis
Sis quamvis parvus vulnera magna facis.*

24. *Ænigma: Ex Germ.*

Sum nive candidius, durū, longū, atq; rotundū,

Me puer & Iuvenis novit & ipse senex.

Sum cunctis gratum, cœna persape peracta

Virginibus teneris gaudia multa fero.

Ha dum me rapiunt, madidoq; foramine condūt,

Do succum quo nil dulcius esse potest.

*Resp. Cinnamomum saccharo obductum,
quod Cœna secunda apponi solet.*

25. *Visus multorum causa
malorum.*

Vt vidi perij, mox me malus abstulit error.

Exclamat Nisa quem ferus urit Amor.

Sunt in amore duces oculi, menti q; fenestra,

Per quos nequities pectora nostra subit.

Tu mala dum cernis, retrò tua lumina verte,

Ne placeant animo protinus illa tuo.

26. *De Fele.*

Viderat excelso farcimina pendula ligno

Cattus, ut in cella forte relictus erat.

Subridens igitur, non sunt mea somnia vana,

Hic mihi conviva mensa paratur, ait.

Verum dum frustra saltu farcimina tentat,

Sed quid ago, exclamat: Sunt quoq; curva ni-

27. *Quisq; suos patimur manes. (mis.)*

Quisq; suos patimur, referūt Proverbia, manes.

Id

*Id signat nostram nil nisi stultitiam.
 Nam dum raptamur variis affectibus omnes
 Optima, quæ quis agit, cætera stulta putat.
 Cuiq; suus crepitus nimium bene olere videtur.
 Stultitia propria sic sibi quisq; placet.*

28. Amor.

*O res mirandas, mores & amoris amaros.
 Quàm pariunt varias illius ora moras.
 Principium dulce est, sed finis amoris amarus.
 Lata venire Venus, tristis abire solet.
 In mare sic dulces fluuij mutantur amarum.
 Sic etiam mellis copia felle sapit.*

29. Insulsa Pragensis Puellæ a-
moris proba.

*Amens virgo sui mentem dum quarit amantis,
 Verus siue ferus num sit amator, ait:
 Insilias cæno, si te mea flamma fatigat,
 Ostendasque mihi quod bona cuncta faues.
 Commotus verbis procius ille procacibus, inquit:
 Id faciat porcus, non procius: ergo vale.*

30. Γωαγροαγαλια, Να Αντιρζστω
Pasowanj.

*Nobilitare virum virtus sola ante solebat.
 Virtutis mulier nunc subit officium.
 Nobilitatq; virum, vel opes queis nobilitatem
 Comparet, aut gratas subministrando dapes.
 Verberibus multis aut verbis excipit ipsum:
 Hinc miser ille & eques cogitur esse & equus.*

31. Vitæ

31. Vitæ Authoris bivium.

Grata mihi myrtus, sed & est gratissima laurus.
 Quid si cum myrto laurea ferta geram?
 Eligo, si myrtum primò, tunc laurus abibit.
 Si laurum, longo tempore myrtus adest.
 Ergo sequar primò laurum cū laude virentem,
 Expectans. longis myrtea ferta comis.

32. Ad Amicam.

O utinam binæ mihi sint in corde fenestra,
 Ut videas animum virgo cupita meum.
 Dormio, seu vigilo, sedeo, sto, si ve pererro,
 Ecce meo vultum pectore verso tuum.
 Durus at ecce chalybs vasta fornace liquescit,
 Tu chalybe & saxo durior usque manes.

33. De Amore.

Vis ignis mihi mira videtur, & ardor Amoris
 Dissimilis flamma crassa Culina tua.
 Vror enim semper tantoque potentius uror,
 Quanto qui me urit longius ignis abest.
 Quid faciam diro ne posthac urar amore,
 In siliam ardenti protinus ergò pyræ.

34. Mea perfida Virgo.

Irrigat exhaustos Phœbeo lumine flores
 Et reputat sortem perfida virgo suam.
 Saltat, cantillat, dicens, cito, crescite flores,
 Ut sit Amatori grata corolla meo,
 Illi dum tardant, nimio properabat amore,
 Dum properant ausa est tarda in amore mori.

35. In Lycorida.

Sola puella olim sicca spatiatur arena
 Obstreperus liquidis quæ fluit amnis aquis.
 Et tales imo promit de pectore voces:
 Da Venus ut noscam quis mihi Daphnis erit.
 Audiit id Satyrus, mox formam sumit amantiæ,
 Illius verbis capta puella perit.

36. Vror amore miser.

O mea chara veni moesta solatia menti
 Adfer, & oprati gaudia mille thori.
 Namq; tuotantum pectus mihi flagrat amore.
 Quantum supposito sulphure ligna picis.
 Ergo veni citius, ne corpus flamma reliquum
 Corripiat, vitam surripiatq; meam.

37. Rivalis.

En socius nuper qui vertice sydera adibat,
 Vt iacet, ut capitis pondere pungit humum,
 Scilicet immissus fiscella quæ sine fundo,
 Desiliit celso irrusus ad ima loco. (nis
 Non post tam tumidis consurget ad alta cothur-
 Præveniet socios nec magis ille suos.

38. Amor melle & felle fœcun-
dissimus.

Quo maiora mihi mea dum me Phyllis amabat,
 Innocui toties gaudia Cordis erant:
 Hoc mage nunc doleo, dum me peruersa reliquit,
 Alterius figens basia mille genis.
 Ab Fortuna levis variis quam passibus erras
 Nec miseros grandi pondere dura levas.

39. Can-

39. Candor qui optimus.

Os roseum, rubeaq; gena, frons marmoris instar
 Quod nive candidius, lumina nigra tibi.
 Mollia membra leuē superarent fluminis Vnda.
 Pes levis in choreis ō mea Phylli tuis.
 Palma colore suo plumas quoque vincit olorum:
 O tua tam sit mens candia ceu manus est.

40. Mors optabilis.

Stramineo si fortè mori mea nympha sepulchro
 Cogatur, socius mox ego Mortis ero.
 Gramineo tumulo videam si membra reponi,
 Mortuus in viridi gramine condar ego.
 Sic mihi mors leuior, sic fors post fata recurret
 Latior, amplexu blandula nympha tuo.

41. Orpheo.

Orpheus ad sese sylvas & saxa trahebat,
 Tangendo blanda mollia fila lyra.
 At mihi si talem fortunam fata dedissent:
 Nil aliud traherem te nisi Phylli mihi.
 Nam tibi tam durum cor ceu Marposia cautes,
 Ergo traham si cor te quoq; Phylli traham.

42. Historia de puella subucula
 carente.

Indusiō quadam speriosa puella carebat,
 Ad fadus sacri dum cupit ire tori.
 Ergo suum corpus mappâ male cauta coarctat,
 Sed choreis ductis vincla soluta cadunt.
 Mappa manet, sed virgo fugit, fugiēdo monetur:
 Indusiūm tecum sumito virgo domum.

43. Ad

43. Ad Amicum, de Phyllide.

*Infelix nostra vita genus esse putaras,
 Cur? praecepta mihi quod mea Phyllis erat.
 Ast ego felici me natum sydere duxi,
 Cur? quia nunc alium nō mea Phyllis habet.
 Nō mihi Phyllis erat: Captârat Cypris Adonim,
 Blanda tamen Siren nil fugiendo capit.*

44. Vbi malum, ibi remedium.

*Vrit Amor pectus, praestabit quis mihi fontem?
 Extinguat flammâs humor ut ille meas.
 Luminibus lachryma manant, mihi quis dabit
 Ebibat humores ut calor ille meos. (ignem?)
 Tu Venus immenso praebe medicamen amori:
 Te penes ille puer fonsq; calorq; manent.*

45. In Lycorida.

*Basia prima tibi volui dum figere virgo,
 Tu mihi mox faciem subtrahis ipsa tuam.
 Omen inest dirum, dixi, tu dura futura,
 Si meus in tenero pectore maior amor.
 Alter at are potens dum figit basia, sumit.
 Quid dicam? vicit Iupiter en Danaem!*

46. In eadem vitreis fenestrarum orbiculis quaedam inscribentem.

*Non durant fragili vitro qua scripta leguntur,
 Frangitur ut vitrum sic quoq; verba cadunt.
 Qui sapis ergo cave fallaci credere vitro,
 Auribus atq; oculis est adhibenda fides.
 Auribus excipies promptis quid quisq; loquatur,
 Ast oculis poteris facta notare tuis.*

47. Cu-

47. Cupido propriis telis vulneratus.

*Perniciem cupido struxit mihi corde Cupido:
Perniciem struxit quam mihi solus habet.
Alter amor nostro cordis confederat antro,
Cum puero Veneris foedera nulla tenens.
Ille Cupidinea solus contorta retorfit
Tela manus, tulerant tela retorta necem.*

48. Phyllis mea.

*Si mihi non Arete pulcherrima virgo fuisset,
Laxisset pectus Cypridis ille puer.
Nam solet atatis confingere corda tenella:
Hinc perit in medio plurima turba mari.
At quia me teneris Virgo mea fovit ab annis,
Pervertit sensus femina nulla meos.*

49. Ad Amicum quendam.

*Met tibi rivalem penè omnes esse putarant.
Non fueram, pellex Phyllis amata fuit.
Nam mihi Pallas erat qua pellice laesa dolebat.
Illius hinc fuerat mox quoq; maior amor.
Augur Apollo etenim conspecta virgine dixit:
Respice namq; aliò te tua fata vocant.*

50. Adeundem.

*Ludibrio fueram, sed multò plura videbam,
Quam tua vel socij lumina clara videns.
Expecta paucis, mihi quod dictavit Apollo
Fiet, me Phœbus fallere rarò solet. (cu
Nam quod Amazonidü faciebant agmina Gra-
VVlastaq; Bojemis, id tibi Phyllis aget.*

51. Formosa deformis.

Quid mihi donatas formâ simul arepuellas
Commemoras, Paphij turba misella chori?

Æs Fortuna dedit, formam Naturâ paravit.

Quid proprium Virgo possidet ergo? nihil.

Si Fortuna suum repetat Naturaq; donum,

Quid nisi canosum virgo cadauer erit?

52. Dos optima Virtus.

Da pulchram sine labe mihi sine dote puellam,
Protinus huic dicam: tu mihi sola places.

Optima dos virtus, hac casta Cypridi myrthus
Iungatur, laudis premia prima feret.

Non illam fulvi corrumpent dona metalli,

Nec capient tumidi mellea verba proci.

53. Ad Patriam valedic: in discessu.

Patria chara vale donis decorata per amplis.

Tuq; fluens molli flumine Moida Vale.

Exilium dum sponte sequor, mihi Pieris ipsa,

It comes, & lætis mens salit auspiciis.

Æstivas auras festiva leniet umbrâ

Arbor, & ad liquidâ somnus amenus aquâ.

54. Ad Amicam.

O mea Chara vale, charâ te valle relinquo.

Valle loquor tristis: Tu mea chara vale,

Iam mihi restat iter, fatum quod ducit eundum,

Bis, ter, multoties, ô mea Chara Vale.

Sis memor usq; mei, semper te ego mente tenebo,

Sed propero: O felix hâc mihi valle vale.

55. Au.

55. Author de se.

*Dum nitet in nitido nitidus mihi Cynthias axe
 Enitet in nitido carmine vena meo.
 Quando latet nigra caligine tectus Apo'lo,
 Pigra sub his membris tunc quoq; vena latet.
 Qui cupis ergo mea felicia carmina vena,
 Adsis dum radios spargit Apollo suos.*

56. Vinum Poetarum Pegasus.

*Vinaparant venam reddunt ad carmina prom-
 Ergo Poeta bibas qui bonus esse cupis. (prim
 Nam tibi verborum primò, post copia rerum
 Surget, Apollinea murmura blanda lyra.
 Credere si non vis magnorum exempla virorum
 Inspicias, cunctis Bacchica dona placent.*

57. De hospite vino aquam im-
miscente.

*Pincerna in cellã lymphã dum portat anhelus,
 Augeat ut validis fortia vina cadis:
 Vicinus simplex mox totam concitat Urbem,
 In cella dicens flammiger ignis adest.
 Accurrunt homines ignem expugnare parati.
 Cognita fraus, sed laus simplicis inde fuit.*

58. Doctrina cuiusdam viri advers.
Muli Imper.

*Qua ratione queas muliebrem fallere sexum.
 Sedulus huc aures arrige, certus eris.
 Est animal varium, mutabile, fœmina, fallax:
 Hanc igitur qui vis fallere talis eris:*

Si plo-

Si plorat ride, si ridet flere memento.

Obvius illius moribus esto cadet.

59 Oratio cuiusdam Senatoris inter potremos ultimi, ad socium eiusdem ordinis.

Perdideram mentem gestus & verba regentem:

Turratione cares, iam sumus ergo pares.

Coniugis ad vocem nunquam me praesto ferocem,

Tu Domina pares iam sumus ergo pares.

Linquo fori sedes, tu mecum: curro sub ades,

Tu subis ipse lares, iam sumus ergo pares.

De Monacho quodam.

Nocte cucullatus dum fert sub veste puellam

In sua claustra, tegit non bene veste pedes.

Ianitor id cernens, querit quid veste lateret:

Est id Ephippium, ait: cras equitare volo.

Erige, at alter ait, subices, male veste teguntur,

Stapedibus praedam prodis Amice tuam.

61. In Cantorem quendam bonum Poetam.

Egregius Cantor tu es, Vates atq; Poeta.

Quis negat? at nostrum percipe quaso modum:

Cantoris nomen dederat tibi cantarus ingens.

Vas Zythi Vatem te facit atq; meri.

Verficator at es, quia plurima pocula versas.

Diceris à potu nonne Poeta bonus;

62. Germanorum pronunciatio.

Germani Gracos imitantur, & ore rotundo

Perpetuo celeres cuncta referre solent.

C

Sic

Sic sua quando sono contundunt verba rotundo,
 O faciunt semper quod fuit alpha prius.
 Inde facem vocem dicunt: sed talia nollem
 Coram virginibus nomina Te vto legat.

63. De quodam, somno illuso.
 Qui fuerat falsa delusus imagine noctis,
 Pronympha muro bella labella dedit.
 Cernit adesse suo per somnum Phyllida lecto:
 Huic igitur promptus basia ferre cupit.
 Illiditq; caput muro, nasumq; cruentat,
 Quam sit amarus amor durus & ore refert.

64. Fabula de Vulpe.
 Pendentes alta Vulpecula vite racem os
 Cernit, & incluso sua verubere mero.
 Appetit hos igitur, crebrisq; assultibus ultrò
 Prèndere vitiferas tentat & optat opes.
 Cum nil pro ficeret: sunt uva illa inquit acerba,
 Dentibus ille sapor sepè nocere sole t.

65. Historia.
 Sacri ficus pulsam virgis ex Vrbe puellam
 Suscipit, & noctu terga notata notat.
 Qu id, scabies te vexat, ait: negat illa, manumq;
 Carnifici: quòd sit iussa subire docet:
 Nil nocet, ille refert: faciem si stigma notasset,
 Tum tectis, esses eiicienda meis.

66. In Phyllida.
 Esse tibi bina: quisque sonegar verit aures?
 Phylli, quibus nostros scis reputare sonos.
 Non ego surdasti ram te unquã (mihi crede) vo-
 Tantum cū vulgo talia verba dedi: (cavi.
 Sola

*Sola puella diu soli quando adstat amanti,
Non benè rumores percipit aure vagos.*

67. De puero Ioniam non
percipiente.

*Vnguibus insignem puerum dum currere vidi,
Egregius, dixi, tu Cytharadus eris:*

Mollia fila lyra poteris pulsare canora.

Tangere nemo chelyn qui caret ungue potest.

Ille putans verum me dicere, protinus inquit:

Vnguis erit posthac longior ergo mihi.

68. Sitis Eruditorum.

Cur sitiant, a videq; bibant, tua munera Bacche,

Quos regit hic Phœbus vel toga longa tegit?

Causa subest: Liber Bacchus, toga libera, Phœb'

Liber, & hi Phœbi libera turba sui.

Sic Semeles nato similis vult quisq; videri.

A senio & curis libera corda sequi,

69. Malum Medicum.

Curabant agrum medica doctissimus arte

Chiron, tum Planus Pharmacopæus iners.

Medico, ait Chiron componam Pharmaca malo:

At Planus Medicum se putat esse malum:

Protinus ergo fugit, solo Chirone relicto,

Ex sese metuens ne medicamen agat.

70. Dolor Capitis.

Pocula ieiuno mihi dum propinat Amicus,

Hæc stomacho dixi pocula sumpta nocent.

Qui noceant, dixit: vacuus sic eluit ollas

Turba puellarum, qua modò munda satis.

Quid facerem? blanda compulsus voce resumpsi
Pocula, qua capiti post nocuere meo.

71. De Poetis.

Cur mihi non placeant hac nostra aetate Poetae?
Quod dum multa volunt scribere stulta solent.
Qui sapit haud versus numerat, sed poterat ar-
Stultus at è numero carmina docta putat, (te,
Non igitur mirum quod scribant multa Poeta,
Ut placeat multis sepe Poeta cupit.

72. In quendam Dialecticum,

Quid tibi Doctor ero? sed qua ratione probabis?
Prae manibus quoddam quod medicamentum erat.
Aest ego te toties uti ti pulmenta coquentem,
Hinc merito Coctus, non ego Doctor, eris.
Quid si progrediar: Quondam ratione carebas.
Vis ut concludam? mox mihi stultus eris.

73. Dictum cuiusdam Amatoris.

Omnibus in membris occulta nutritio flammam,
Quae me perpetuo penè calore necant.
Si mihi Nympha tuo fundas de flumine lympham,
Extinguet flammam forsitan illa meas.
Nā calor illa omnes tantū mihi surgit in horas,
Alta ut pressa gravi pondere palma petit.

74. Furti excusatio.

In furto pressum tadebat Zeno ministrum.
Sunt mihi per fatum furta, minister ait.
Est igitur, dixit Zeno, tibi poena per illud:
Nam meritò fures cadere fata iubent.
Sic pateris poenam scelus excusando nefandum
Per fatuum fatum fur furiose tuum.

75. Lectio librorum.

Si nemus intrantem decerpere cuncta videres,

Rideres: risu res ea digna tuo

At si praeipuas aliquot cum floribus herbas,

Laudares: nam res non ea laude caret.

Sic quoque ridendus qui multa volumina lustrat:

Landandus qui res verbaque pulchra notat.

76. Locus in quendam Chymicum.

Quot lapidem norunt, uno omnes ore fatentur:

Mercurium capiat, qui bene tentat opus.

Hic quia difficilis captu, facilisque volatu:

Evolat, Artifices ludit in arte suos.

Hunc igitur cupiens capies dum dempseris alas

Currenti, & capiti iunxeris haec tuo.

77. De quodam Ludi Rectore.

Rektor Ephemeridum libro dum plura notavit.

Vacca sub hoc (scripsit) tempore sponsa fuit.

Rektor Ephemeridum ridens mihi dixerat illud:

Dum quaero, Rektor fassus id ipse fuit.

Dixi, taurorum, si tu iuga multa videbis,

Coniugium dices hac ratione boum.

78. Aliud.

Bucula sponsa fuit, Rektor signasse refertur,

Sponse huius sponsus quis, nisi taurus, erat?

At tu spectator poteras Paranympus haberi,

Elogio Venerem dum canis hocce boum.

Sed cur signasti? decorabis tempora partus

Obstetricis vel compatriis officio.

79. De eodem Ludi-rectore.

Idem prodigium libro signavit in illo:

Prodigium dico, quod tamen ille negat.

Sunt hodie nobis (refero quod scrijserit ille)

Gallina natæ: Prodigiumne negem?

Ovis excludi pullos per sepe videbam,

Gallina nata sunt mihi monstrata tuæ.

80. In quendam Thrasionem.

Vorticis assiduo stultos te posse rotatu

Immissosorca progenerare, refers.

Stultus es immensus, similes tibi gignere nosti,

Non alio forsitan natus es ipse modo.

Despectus tibi sum: sed cur? quia gnatus haberi

Non poteram, vortex vorticis inde tui.

81. Ad quendam Iuris Vtriusque
Doctorem.

Pingua iura voras, utriusq; hinc fortè vocaris

Iuris decoctor: Vah, mea lingua tremit:

Dicere nam Doctor volui, sed Epenthesis esset,

Si tu decoctor non mihi doctor eris.

Nec procul errarem, quia decoquis omnia solus,

E Zytho atq; mero ius & utrunq; facis.

82. In Musicum litigiosum & bi-
bacem.

Musicus es celebris, vocalis, ut ipse vocaris,

Instrumentalis, si bene fama refert.

Quando altercaris, clamando Stentora vincis:

Organa sunt artis plurima vitra tua.

Musicus, à musto, muscâ, vel mure voceris,

Convenient vita nomina cuncta tue.

83. Bella

83. *Bella Sacerdotum.*

Arma movent Reges, ineunt post praelia pacem

Horrida perpetuò pax solet arma sequi.

Presbyteri certant, & semper iurgia neclunt,

Litigii finis nec modus ullus adest.

Illorum augentur verbosa verbera lingua

Et calamus gladio saevior inde patet.

84. *De Senatu indocto.*

Sceptra tenent asini Musarum ignara caterva

Est asinos melius dicere quam lapides.

Saxa carent motu, de sellis surgere aselli

Norunt: hanc illac currere in Vrbe sciunt.

Saxa silent, asini clamoroso cuncta ruditu

Implent, voce torum, garrulitate forum.

85. *Ad Amicum de meo Proteo.*

Quem tibi donaram nuper bone amice libellum,

Illius en Cechicus rofor & osor adest.

Mirum cum socios soleas Germane iuvare,

Invideat sociis cur Cechus ipse suis.

Ergo tace, atq; place, sic vive Boheme latendo,

Cui tu displiceas pace Bohemus adest.

86. *In quendam Calumniatorem.*

Ens tibi Pagoicum, mens hinc pagana superbit:

Inde venenatum, dira venena vomit.

Ne noceat menti vitium, denti q; venenum:

Est Ethici, est Medici cura petenda tibi.

Hic dabit Helleborum, Virtutem proferet ille:

Harpocrates fias vel bonus Hippocrates.

87. In eundem.

*Prendis choleram, qua te tam dira coegit
Scribere: stultitiam num tua bilis agit?
Lectas Ars Martē queis purges porrigat herbas,
Ne terebret cerebrum scorpium ille tuum
Namq; melācholicum generet si sanguis adustus
Humorem, rabies mox furibunda foret.*

88. In quendam demum in senio
Parentem.

*Frigore si medio fructum produxerit arbor,
Vellet id ostentum credere quisq; novum.
Tu thalamo sterili iuvenis: candente capillo,
Producis socii pignora grata toro.
Ostentum non est anno presente feraci:
Temperat aptus enim frigora dura calor.*

89. Ab Equis ad Asinos.

*Parturiant doctos cum Patria nostra quotannis,
Qui sit ut illorum copia parva fiet:
Mira viros doctos mutat metamorphosis omnes:
Qui fuit Orator, versat aratra manu.
Qui fuerat Doctor, potum iam Coctor utrumq;
Vendit, Gastrologus, fit bonus Astrologus.*

90. De Legato quodam viro alias
Clariss.

*Hospes ut auritus potando saltat a sellis,
Legatus thalami claustra ligata legit.
Hospitis Vxorem postquam spoliatur honore,
En viduam celebrem tempore noctis adit.*

Mane

*Mane tamen Missam patula quia percipit aure
A scelere & macula vitæ solutus abit.*

91. De Eccardo Pellione Mar-
purgensi.

*Pellio tristis erat, causam quasitus, amicis
Talem tristitia dixerat esse sua.
Qua peperit nuper iã nunc quoq; parturit Vxor,
Non tamen infantem sed paritura Virum.
Mirantur cuncti, mirantes erigit ille:
Egreditur quoniam corpore barba Viri.*

92. In Avarum quendam.

*Ne mihi des vinum pratendis Amice diatam,
Rupta semel quoniam corpora debilitat.
Talem crediderim pandus servarat a sellus,
Deportans dorso fercula lauta suo.
Sed tamen ipse rubens durusq; vorabat acanthos,
Te quoq; cum spinis cardue save tuis.*

93. De Phyllide.

*Si quis Apollineo s lustrare diutius ignes.
Lumine tentarit, lumine captus erit.
Olim saxifica qui viderat ora Medusæ,
Mutator rigidum corpore marmor erat.
At quicumq; tuos spectat mea Phyllis ocellos,
Fit primo intuitu cæcus, & inde lapis.*

94. De Pictore quodam inepto.

*Pictor iners propria quod nõ bene pinxerat arte.
Tabula notis exprimit hocce notis.*

*Hic canis est, lepus hic: si quis non legerit illud
Hunc asinum, ast illum dixerit esse bovem.
Ridentes cupiens depingere, scripsit id ipsum,
Quod si non lustres lumine, flere putes.*

95. In Helluonem.

*Sapè bibis, quò sapè vomas, & sapè voracem
Distendas tumidi corporis ingluviem, (vel
Tum si fortè tenax stomacho cibus haerit, hunc
Dextra vel in fauces indita penna ciet.
O pestem Bacchi & Cereris? quodcunq; voratur
Turpiter ingeritur, turpius egeritur.*

96. Ridicula multorum liberalitas.

*Qui cecis, claudis, & stultis munera donant,
Vatibus Aoniis cur ea quaeso negant?
An quia desperant fieri se posse Poetas?
Cum stulti possint & muti fieri.
An quod, aberrantis naturæ crimina plura
Cernere, quam vatū carmina pauca velint?*

97. In Procrastinantem.

*Nil mihi das hodie, dabo cras tibi, dicis: at illud
Cras puto Cumææ secula vatis habet.
Cras illud Gracas ego suspicor esse Calendas:
Aut his si quidquam lentius esse potest.
Cras illud magno sperare Platonis in Anno,
Longius aut illo si quid, Amice, iube.*

98. Fabula de Asino.

*Ifidis effigiem dorso portarat asellus:
Obvia turba Dea vota precesq; dabat.*

*Tardigradus talem fieri sibi credit honorem,
Hinc tumidus tumidum tollit ad alta caput.
Hunc tamen innumeris flagris compescit agaso:
Non Deus es, dicens, fers sed a selle Deum.*

99 *In Amicum quendam ad Poesin
adspirantem.*

*Optat Amicus iners quondam bonus esse Poeta,
Nomen id à magno comparat ergò Viro.
Quo ruis? ille auri dat germina, carmina nō dat,
Hinc potius nummos tu pete, non numeros,
Vena Dei donum multo saturanda labore.
Hanc cole tum Phœbi laurea ferta geres.*

100, *Vir & Vxor.*

*Imperitare bonos, simul importare maritos
In proprias ades cuncta paranda decet.
At parere bonas monitis parere atq; maritas
Inq; domo quodvis ritè parare decet.
Sic in Amore pares vivent feliciter ambo,
Sortis & adspicient commoda multa bona.*



COROLLARIUM LOCO
SECUNDÆ HVIC CEN-
turæ apponatur

ALLVSIO AD ECLIPSIN SO-
lis Anno 1621. Mense Maio
visam.

Arduus collis nemoris virentis
Atrium Magni referet Parentis,
Prodeat Phœbus solio coruscus,
Sed face fuscus.

Dum genus querit Clymeneâ proles,
Quâ caput tollit speciosa moles
Regia Solis, nitidis lapillis,
Atq; metallis.

Agnito Nato Phaethonte, Phœbus:
E meis, inquit, pere dona rebus,
His tuus quod sim Genitor videbis,
Pignus habebis.

Solis at currum Phaethon petebat,
Qui Patris celsum solium vehebat:
Annuit Phœbus, monitiq; mentem
Format inertem.

Fortiter, dicens, retineto lorum,
Membra nec pungas stimulis Equorum,
Carre per Cœlum, medio solutus
Tramite tutus.

Ille conscendit, properatq; sursum,
Sed regit nulla ratione cursum,
De vius pectus invenit terror

Turbat, & error.

Terga dum transit Nemei Leonis,
Non procul cernit vaga Scorpionis
Cum venenata rabie nefandi

Brachia pandi.

Territus monstri facie minaci,
Lora demittit, tremit, & rapaci
Velvitur gyro, trahiturq; sursum,

Inde deorsum.

Ora Centauri metuit remoti,
Proximus fertur rigido Booti:
Flamma iam terras simul & rotundas

Corripit undas.

Iupiter cernens, mala quod favillis
Flamma per Mundum volet haud pusillis,
Ne ruat caelum, timet, atq; telum

Torquet anhelum.

Tum ferit currus Patrij Regentem,
Ille de Caelo cadit, at cadentem
Excipit flumen, faciemq; munda

Mergit in unda.


Phœbus iratus dolet, atq; vultum
Denegat terris cupidis inultum:
Hinc tegit nigro faciem colore,

Luges & ore.

Dij tamen cuncti, Iovis atq; Numen,
Ne neget Terris Deus ille lumen

Moliunt durum, det ut axe puras
 Luminis auras.
 Victus illorum precibus, remittit
 Corde mœrorem, populisq; mittit
 Cum fame bellum, lachrymaq; testem
 Æthere pestem.
 Vix Iovis nutu reparat benigni
 Quod tulit damnum populis, maligni
 Vltio Phœbi metuenda fessis
 Tertia messis.

LIBER



LIBER TERTIVS.

**EPIGRAMMA-
TVM M. DANIELIS
STOLCII DE STOLCEN-
BERG BOH. MED. C. è
variis mixtus.**



AD LECTOREM.

Candidus es Lector ? Cander iungatur amori,
Sis licet ignotus, noſter Amicus eris.
Si niger es Momus ? rabiem ſuperadde furori,
Quamvis ignotus mox inimicus eris.
Si quis es hoſtis opus fugiens & nomen Amici,
Fac quod agis, faciam quod mihi cunq; placet.
I. A Deo

1. A Deo Principium, Medium, &
Finis.

*A Iove cunctarum promanat copia rerum,
Est quia principium sed sine principio.
In Iove cunctarum manet integra copia rerum,
Est medium, medio sed tamen ipse caret.
Ad Iovam remeant cunctarum copia rerum,
Finis is est etenim, sed sine fine tamen.*

2. Deus dator dispensatorque do-
norum.

*Dulcia dona Deus donat discrimine dextro,
Dispersit docta dexteritate dolos
Divitiis doctos decorat, demittitq; dolores,
Delitiis ditat, dura domare docet.
Discordes damnat, dignatur ducere dignos,
Debilitat diros, decutiendo dies.*

3. A Deo omnis Sapientia.

*A sapiente Deo sapientia profluit omnis
Illius est etenim fons & origo Deus.
Illam qui querit, tantummodo querat in illo,
Extra illum nullo nam manet illa loco.
Qui sapit in Domino verè sapit. Haud sapit, imò
Desipit is certè qui sapit absque Deo.*

4. Iustitia.

*Dextra tenet gladium Themidos, manus altera
lancem,
Iudicium monstrans officiumq; bonum.
Ensis enim iuris vires & robora signat,
Ut scelerum pœnas impia turba luat.*

Inde

*Inde regit iusta Themis & gerit omnia lance,
Laus, honor, ut cunctis detur in Orbe bonis.*

5. Virtus unita fortior.

Sape latet parvo sub corpore maxima Virtus.

Multoties magna pondere nulla manet.

Magni sape Viri donis valere pusillis,

Magna sed exigui dona tulere Viri.

Si quaris causam: Virtus dispergitur amplo

Colligitur parvo sed tamen illa loco.

6. Natura paucis contenta. †

Est Natura cibo & potu contenta pusillo

Sed rapit affectus plurima sape malus

Hinc varii tenero surgunt in corpore morbi.

Hinc Aeger medicam quarit anhelus opem.

Tu si perpetuo vis sanos Corporis artus

Cernere, natura sis memor usq; tua.

7. Mens non vestis spectanda: Animus
non amictus.

Sape sub attrita latitat Sapientia veste.

Sape sub immundo pulvere gemma iacet.

Improbata multoties splendenti veste superbit.

Stultitia ut vano fulgure vitra micant,

Ne tibi iudicium species externa retundat

Forma interna boni sit tibi norma Viri.

8. Epigrammata.

Pulchra placet cunctis specioso foemina vultu:

Si se prostituat, tadia cuiq; parit.

Sic

*Sic speciosa placent cui vis Epigrammata primò,
Lector & attentus quilibet illa perit.
Viderit at postquam, fueritq; sat usus ijsdem,
Negligit, inde decus quod fuit ante perit.*

9. Dedicatio meorum Epigram-
matum.

*Principium à summo scribendi Principe sumo.
Hæ mihi proveniunt eius amore mora.
Non veneror morem populi, nec venor amorem,
Ut lauro aut auro mens mihi lata micet.
Tantus amarus amor, mihi sat redimitus ab illo
Si non sum, tantum si redamatus ero.*

10. Ad Clariss. ac Doctiss. V. D. Rodolphum
Goclenium, magnum illum Philoso-
phum. Prof. ff. Marpurg.

*Si benè scripta negas tenuis mea metra Thalia,
Cimmerijs lateant illa sepulta locis.
At si fortè putes doctos habitura Patronos,
Fæc sit fax Muse Lux tua duxq; mee.
Displiceant populo, populi non quero favorem.
Vni Goclenio nam placuisse sat est.*

11. Cœlestes Influentiæ.

*Si Deus in toto nil frustra condidit Orbe,
Viribus astra suis quis spoliare potest.
Occulto influxu, motu, vel lumine certo,
Omnibus ut notum, cuncta sub axe regunt.*

Qua

*Quæ tamen ipse Deus facit, aut humana volun-
tas*

Praestat, id athereum non subit imperium.

12. De Virtute & Fortuna.

Fidite Virtuti qui vultis vivere tuti.

Illa manet semper. Sors velut unda fugit.

Gaudia dum simulat, marorum plena ministrat

Horrea, & insidias exitiumq; parat.

Vix homines primos fecit, mox efficit mios,

Rursus & hos humili tollit ad alta loco.

13. Musica.

Musica mellifluo maestam modulamine mente M

Vna levat, solvit tristia corda met V.

Semianimes reficit pellit Cacodæmonis astus

Irati avertit fulmina dura DeI.

Cælum, Terra, Fretum, gaudent capiuntur &

isthaC

Aurito tantum nil capiente MidA.

14. Frigore Vena latet.

Non tepido lepidos Versus qui tempore quarit,

E glacie flammæ surgere posse putat.

Flamma sed in glacie nunquã reperitur, in ipso

Frigore quis versus fundere quæso potest?

Nam velut undarum glacies immota quiescit:

Sic acies mentis frigore stricta iacet.

15. Aliud.

Dum rigidam glaciem calidus dissolvit Apollo,

Et rigat exhaustum pectoris Humor agrum.

Pulla-

*Pullulat hinc tersus viridis cœli plātula versus,
Aere qui puro ritè fovendus erit.
Qui cupis ergo bonos hyemali tempore Versus
Cernere, sis sicco Phœbus & Humor agro.*

16. Oratio.

*Si Deus est animus, nec numina nomina poscāt,
Cur canimus verbis dum piger est animus?
Pectora nostra Deus qui respicit, ora sonora
Despicit illorum qui sine mente sonant.
Tu si devoto Dominum vis flectere voto,
Funde tuo gratas pectore & ore preces.*

17. Amor studiorum labore & patientia nititur.

*Est labor Herculeus Musarum adscendere collē.
Attamen hic vinci sedulitate potest.
Ecce suis humeris hunc Orbem sustinet Atlas.
Ecce Chymæra manu Bellerophontis obit.
Sic qui Pegasum dulces venaris amores,
Proponas animo multa ferenda tuo.*

18. Facile est oppressis insultare.

*Hector Troianus, quondam fortissimus Heros,
Cuspide dum se va lasus ab hoste cadit.
Exultant Græci, moribundi membra trahentes,
Alloquitur tali quos tamen ille modo:
Quod libet id vobis etiam licet: ecce Leonem
Sic lepus oppressum vellere sæpè solet.*

19. Au-

19. Aurora Musis amica.

*Cum redit Oceano nitidi fax aurea Phœbi,
 Tum redit in mentem vena benigna me am
 Dum petit at liquidos Sol imæ Tethyos amnes,
 Tum perit, & vires perdit in arte suas.
 Quisquis es Aurora rores venerare, vigores
 Eximios studium sentiet inde tuum.*

20. Vana Mundi gloria.

*Quid iuvat inconstans immundi gloria Mundi,
 Si velut unda fugit? si velut umbra ruit?
 Pallida Mors omnes æquales reddit in Orbe.
 Quilibet illius subiacet imperio.
 Sit Rex, sit Princeps sit quavis sorte superbus,
 Doctus & indoctus, dum volet illa cadet.*

21. Bruma.

*Lux hodierna brevis, demonstrat tempora Vita
 Parva: ruunt nostri sic velut unda dies
 Longa tenebrarum mora Mortis tempora signat
 Magna, manet cunctos somnus & alta quies.
 Sed velut è proprio surgit Sol mane cubili:
 Sic surgent tumulo corpora nostra suo.*

22. Linguae Æsopicæ. Lingua
optimum.

*Lingua bonum, quo non aliud præstâtius ullum
 Humanas mentes dexteritate levat.*

Illæ

*Illa comes vita, praeclaras exstruit urbes,
Mille docendi artes, munera mille tenet.
Est mirum munus, Pacem sermone reportat,
Vota facit, purâ flumina voce iacit.*

23. *Lingua pessimum.*

*Lingua malum, quo non aliud petulantius ullū
Humanas mentes asperitate gravat.
Hæc fomes scelerum, praeclaras destruit urbes,
Mille nocendi artes, funera mille tenet.
Est dirum vulnus, bellum clamore ministrat,
Probra iacit, durâ fulmina voce facit.*

24. *Lerna malorum.*

*Sacula nostra Patrum dudum prædixerat ætas,
Nam premimur varijs tot quot in Orbe malis.
Ecce domi inter nos præceps discordia surgit.
Ecce foris nostros deprimit hostis agros.
Templa, casas, urbes, præclari nominis arces,
Vastat & igne cremat, nos spoliando necat.*

25. *Spero dum Spiro.*

*Innumeris licet usq; malis turbemur in Orbe,
Attamen illorum postea finis erit.
Prospera nam redeunt post aspera, sit satis illud,
Quod pereunte solo Vita sit ampla polo.
Durâdum in duris igitur, nãq; hisce probamur,
Atq; exercemur, corrigimurq; malis.*

26. *Fatum fugimus non tamen effu-
gimus.*

*Quo fugis? ah demens, Deus est ubicūq; moraris:
Hoc custode bono nulla pericla time.*

Quo

Quo te fata vocant, ito sub numine tutus.
 Quae te sede locant firmiter usq; sede.
 Intrepidus timidos constanti pectore vince,
 Si fugies, Fatum non tamen effugies.

27. Mors fugientes insequitur.
 Ceu rabiosa lues homines persapè fugaces
 Persequitur, media consequiturq; via:
 Sic qui sapè locum se va inter praelia mutat,
 Constanti citius milite vulnus habet.
 Id modò multorum monstrant exempla virorū,
 Perdiderant vitam qui fugiendo suam.

28. Panska milost na zagicych gezdi.
 Boh. Proverb.

Gratia Nobilium veloce fugacior Euro,
 Ceu lepus haud uno statq; manetq; loco.
 Nūc levat ad primos apices, nūc trudit ad imos,
 Nunc amat & laudat postea damnat idem.
 Ergo Nobilibus nimium confidere noli.
 Hos levis aura movet, quos gravis Aula fo-
 vet

29. Melior est caterva cervorum, duce
 Leone, quam Leonum, du-
 ce Cervo.

Intrepido timidi contendunt pectore Cervi,
 Magnanimus belli si Leo ductor adest.
 Hostem robusti metuunt fugiuntq; Leones,
 Quando fugax Cervus bellica sceptragerit.
 Ne timeas igitur forti duce bella Leone.
 Sed potius Cervi bell. ca sceptrafuge.

30. Æmu-

30. Æmulatio mulorum.

Rusticus illud agit fieri quod cernit in Aula.
 Nobilis ut vivit vivere & ille solet.
 Quando solet Dominus scurrilem ducere vitā,
 Subditus haud alio vivet & ipse modo.
 Si bene vivit Herus, mores tamen odit heriles
 Servus, at impuros protinus arripiet.

31. Ænigma solvendum.

Est quoddam cētrum circa quod volvitur oēs.
 Sed tamen id nostrūm vertere quisq; potest.
 Non generat, verum generatum occumbere ne-
 scit.

Est facies rubeum, corpore caruleum.
 Si formam spectes, quadratum est atq; rotundū.
 Si famam, toto clarius Orbe nihil.

32. Lactuca è Plinio.

Progenerat somnum, magnumq; refrigerat astitū,
 Qui stomachi vires debilitare solet.
 Ventriculum purgat, succos vacuando nocētes.
 Sanguinis ut puri copia crescat agit.
 Adjuvat officium stomachi, ut benè cuncta co-
 quantur.

Hinc avidus gratos expetit ille cibos.

33. Foris Argus domi talpa.

Cur me tam claris observas Lyncis ocellis,
 Atq; domi talpā caciōr ipse manes?

Turpe

*Turpe est Doctori qui qua docet illa recusat
Ferre, & Censori qui fugienda facit.
Sit sine labe, malos aliorum carpere mores
Qui cupit, & na vos auferat ante suos.*

34. Ad Patriam.

*Rex Fridericus erit, Patrij gaudete penates.
Aurea post bellum sacula pacis erunt.
Rex Fridericus erit, nostra gaudete forores.
Iam surgent artes qua iacere diu.
Rex Fridericus erit, terra gaudete coloni.
Non poterunt vobis bella nocere magis.*

35. In meum Proteo-Mastiga.

*Qui tua bella videt, mihi qua tua sella paravit,
Ridet, verborum verbera vana fugit.
Ipse ego dum cerno, male sanum sperno Poetam.
Dum lego scripta negotalia sana satis.
Ecquid enim in videam, si cuius fortè laborem
Nil videam fraudis, laudis habere parum?*

36. Astra regunt homines, sed regit
astra Deus.

*Astra licet magni fabricator fecerit Orbis,
Viribus ut regerent cuncta sub axe suis.
Ipse tamen liber, nullisq; coercitus astris,
Obvius illorum viribus ire potest.
Ergo minas duri precibus vincamus Olympi.
Flectitur iratus supplice voce Deus.*

37. Icon Trigoni ignei ab Authore
pictus.

*Hinc velut è specula Spectator terne futura.
Hic velut in speculo sacula dura vide.*

D

Dada-

Dadaleis inclusa dolis bona multa tenentur.

Non hic semivirum semi bovemq; time.

Splendidus est Orbis, centro scintilla notatur.

E scintilla illa maximus ignis erit.

38. *An Terra moveatur.*

Flumine vētus erat, Terram quicumq; moveri

Scripserat, id verum: Stabat at unda? nego.

Siquis id in Terra stando conspexerat alter,

Huic vertigo cavum presserat atra caput.

Commotam toties poterunt monstrare ruina.

Perpetuum motum cernere nemo potest.

39 *In Verbonem.*

Carmina nostra soles tu dicere crimina Verbo

Ne taxet crimen carmine Musa cave.

Nestora quod magnus quondam laudârit Ho-
merus,

Sentit adhuc laudes Nestor in Orbe suas.

At male Thersiten quod pinxerit ille rotundum,

Informi forma vivit & ille sua.

40. *Declinatio Aulae. Sing. Num.*

N. Aula caput scelerū nutritrix fautrixq; malorū.

G. Ast hodie est Aula gloria magna male.

D. Sit sua laus Aula, frans ne modo subsit in illa,

A. Laudibus est Aulam nō ego ad astra ferā.

V. Aulicus Aula tuus lepus est, lupus atq; mali-
gnus.

A. Exeat ergo Aula qui cupit esse pius.

41. *Pluralis Numerus.*

N. Aula laudentur, vigeāt, celebrētur, amētur,

G. Aularum certè non ego amator ero.

D. Nulla

D. Nulla quies Aulis, caulas ego laudo quietas.

A. Id facies, Aulas qui benè mente vides.

V. Linguite vos Aula mores, àndire potestis

A. Magnus inest Aulis splendor honorq; boni.

42. *In Cives Marpurgenses, de Elio Eobano
Hesso, Marpurgi in Æde D. Elisabethæ si-
ne Epitaphio sepulto.*

Hac tetra terra tua mollia membra teruntur

Dux ô Apollinei luxq; Eobane chori.

Fama sed immenso volat orbe per ora Virorum,

Nulla licet tumuli sint monumenta tui.

O Marpurgenses, est magnum dedecus Urbis,

Mente levi tanti negligere ossa viri.

43. *Vita hominis perpetuum bellum.*

*Vita hominis bellum, quòd homo cum Damone,
Mundo,*

Carne, tribus validis hostibus usq; gerit.

*Heù grave certamen! sed maxima pramia, si
quis*

Victricem referat latus ab hoste manum.

Non victor quernam, non lauri è fronde corollã,

Sed quæ perpetuò est apta virère geret.

44. *Cur Poetæ lauro coronentur.*

Quæ quondam Phœbo Peneia virgo placebat,

Phœbicolis arbor nunc quoq; facta placet.

Inde triumphales ornat pulcerrima frontes,

Barbarsem Clariis qua pepulère locis

Vt veluti laurus semper viret, ille virescat,

Sub duce qui Phœbo lata trophæa tulit.

D 2

45. Ni-

45. Nimum ne fide secundis.

Cui facilis ridet blando Rhamnusia vultu,
 Et nitidi veniunt Sole favente dies:
 Pone supercilium tenuem nec despice sortem.
 Esse potest Codrus qui modo Cræsus erat.
 Nam veluti Cœlum sequitur caligo serenum,
 Succedunt magnis sic mala sæpè bonis.

46. In gravidas Ebriosas.

Si gravida sapitis, cur Bacchi sulphur aditis?
 Cur quo vestra iacet vis labefacta, placet?
 Non bibitis vinum, bibitis letale venenum,
 Et nondum natis toxica dira datis.
 Sæpè bibens multum, fœtum dedit ebria stultum
 Innutrite mero testis es ipse Nero.

47. De vulpe.

Vulpes proceræ pulsarat verberare cauda
 Fœtu maturas auricolore pyros.
 Innumeros fructus casuros inde putarat,
 Vt caperet suaves ore patente cibos:
 Spe frustrata tamen, quin te hinc cito proripis,
 inquit.

Nam matura haud sunt hac pyra nec sapiunt.

48. Ad miseros Patriæ Cives.

O socij, neq; enim ignari sumus antè malorum,
 Quæ nobis toties bestia dira tulit.
 O passi graviora, dabit Deus his quoq; finem,
 Et gratum nobis adferet auxilium.
 Durate & rebus vosmet servate secundis,
 Splendidior post hæc nubila Phœbus erit.

49. Sene-

49. Senectus veneranda. ✕

*Adspice mi Iuuenis, Senio confectus & annis
 Narret ut atatis tempora prisca sua.
 Tu quod es ille fuit: quod nunc est, tu quoq; fies,
 Si tua non subito cœu rosa vita cadet.
 Viribus ergo tuis, & forma fidere noli,
 Eximioq; senes semper honore cole.*

50. Affectus Palladis fræno regendi.

*Pallade qui spreta, vitæ malè sceptrâ gubernat,
 Affectuq; suos sumere fræna iubet:
 Æstuat, æquoreis iactatur ut unda procellis,
 Temporaq; atatis nulla quieta videt.
 Ergò regat vitam ratio, subiecta voluntas
 Quod monet hæc faciat, quod vetat effugiat.*

51. Voluptas fugienda. †

*Vana voluptatis terrene gaudia quaris?
 Quia facies quæ, sedum cadet illa? cades.
 Nulla voluptati mellis dulcedo caduca,
 Fellis amarities plurima semper adest.
 Hanc igitur fugias, cœu quondam fortis Vlysses
 Sirenum blandos quos cecinere modos*

52. Ad quendam Chymicum Spagyrica
 ænigmata proponentem.

*Si benè discuties magnorum scripta virorum,
 Multa secus cernes quam tua verba docent.
 Per volvas Chymicos attende mente libellos,
 Inuenies alius quòd sit in Arte labor.
 Et quia Naturam perpendis ab arte inuari,
 Quod natura pati posset id arte para.*

53. Aliud.

*Mercurium capias quem svadet turba Sophorū,
 Quemve Patrem dicunt cuncta metalla suū.
 Hic tibi progeniem, pulchram sine veste Dianā
 Tradet cum nato gaudia mille suo.
 Dum Pater occumbet, niveā cum Fratre Sororē
 Inspicies, oculis nuncia lata tuis.*

54. Dictis nec factis quenquam læ-
dendum.

*Mens benefacta tenet longos per Nestoris annos.
 Quicquid at iniustum, longior hora notat.
 Quisquis es ergo cave dictis aut ladere factis.
 Laesus enim ledit dum modò tempus habet.
 Est parvus? noli contemnere: & umbra capillo,
 Iraq Formica dicitur esse levi.*

55. Falsi Amici.

*Clarus in Orbe vago dum splendet Apollinis
 Orbis,
 Protinus est nostri corporis umbra comes.
 Dum tamen obscura radios sub nube recondit,
 Conditur, & nullo cernitur umbra loco. (cus:
 Prospera quādo favet Fortuna, tibi adstat ami-
 Aspera si fuerit, nullus amicus erit.*

56. Studium meum publicum.

*Pieridum pulchra puero placuere Puella.
 Non mihi docti sona displicuere Schola.
 Intrabam ductus dulcedine templa Dearum.
 Prima mihi libros volvere cura fuit. (nis.
 Hac mihi cur teneris placuerunt, quaris, ab An-
 Divino motus Numine crevit Amor.*

57. Scu-

57. Studium privatum.

*Aucupium puero placuit, placuere columba,
 Non mihi cum cattis displicuere canes.
 Prata, nemus, villa, varia cum floribus herba,
 Talia dum quaro cur placuere mihi:
 Non aliam certè rationem dicere possum,
 Quàm vi natura quòd mihi crevit Amor.*

58. Hominis miseria.

*Angelus est felix, sed cur? quia corporis expers.
 Est etiam felix bellua mente carens. (stat.
 Solus homo miser est, quia mente & corpore con-
 Hinc fragilem sese percipit atq; notat. (olim.
 Scilicet omnis homo propria, Menedemus ut
 Se ratione angit, non ratione regit.*

59. Præmia Virtutis.

*Invidia stimulus vi vos per sepe fatigat.
 Sed tamen hic cessat dum tumularis humo.
 Interdum Fortuna fovet, mox deprimit, aufert
 Quæ dedit in vitâ, dum tumularis humo.
 Non ita virtutis mutantur præmia sancta.
 Augentur potius, dum tumularis humo.*

60. Vanitas vanitatum & omnia
vanitas.

*Democritus nostros mores si forte videret,
 Rideret, nimium fleret at Heraclitus.
 Ille sed ad curas & inania tempora Mundi
 Ridenda, haud splenis posset habere satis
 Hic verò ad casus lachrymarum rore rigandos,
 Vellet habere Argi lumina centoculi.*

61. Vera pulchritudo.

*Sydere pulchricomo virtutis corpus adorna,
 Sic pandet vires mens generosa suas.
 Pectore deformem ne dicas corpore pulchrum,
 Dedita virtuti pectora pulchra voca.
 Quisquis enim forma virtutis iungere normam
 Novit, is est pulcher pectore & ore simul.*

62. Tendunt gravia omnia deorsum.

*Cum non sit nobis animal sublimius ullum,
 Infima cur nobis Terra terenda datur?
 Est elementorum rerumq; gravissima tellus.
 At vitis gravius non reperitur onus.
 Non igitur mirum nos tendere ab aethre deorsum
 Grandia peccati pondera quemq; gravant.*

63. Librorum lectio.

*Si quid miraris magnum, rimare legendo.
 Ut simili possis reddere cuncta modo.
 Qui legit, è lectis fructus nec percipit ullos,
 Aut legit haud rectè, vel malè lecta notat.
 Instar apis faciat cui lectio sedula cura.
 Floribus è variis haec sibi mella legit.*

64. Aliud.

*Est ratio studii similis per prava vaganti,
 Quonon qua cernit carpere cuncta solet.
 Sed tamen egregium florem si cernit, eundem
 Corripit, & naræ porrigit, itq; domum.
 Sic quoq; sit liber, libros cui volvere cura est.
 Quod placet id cupidus carpat, eatq; domum.*

65. Bel-

65. Bellum Elementare.

*Cuncta licet nostri sint olim condita causa,
 Bella tamen contra nos Elementa gerunt.
 Pestifer innumeros Aer demittit ad Orcum.
 Opprimit & multos ignea flamma necat.
 Terra negat fruges, mortē tremebūda minatur.
 Labilis immeritos suffocat unda viros.*

66. Ad aMICVM.

*Laurum contemnis, laudem non spernis Amice,
 Dum pro laurigero laudiger esse cupis.
 Et bene: nam subvo laurus iam venditur auro.
 Dantur & immeritis pramia sæpè viris.
 Attamen haud cuiquam prestabit laurea laudē
 Indigno: dignos gloria lausq; manet*

67. Curia Facultatum.

*Ecce cliens patulas Patroni currit ad ades:
 Sed cur anhelans opes quod bona summa patet.
 Affixus lecto Medicum cupit ager adesse.
 Curaq; posterior Corporis esse solet:
 Theiologus (Tanta est divina cura Salutis!)
 Vltimus; hunc quamvis nemo vocarit adest.*

68. De Senatu Indocto.

*Indoctis quando rerum tribuuntur habena,
 Tum nihil in toto foedius Orbe manet.
 Hi capiunt, rapiunt; indignis pramia pendunt
 Pendere sed dignis pramia nulla volunt.
 Quilibet illorum spectat sua commoda, at inde
 Publica res damnū pernicioeq; subit.*

69. Tria Sabbathæ.

Pallida Iudæo facies, & frontis imago

*Plumbea, Saturni diligit inde diem.
Turca quòd innumeras Vxores ducat, & ultro
Diligat, hinc Veneris deligit ipse diem.
Qua Sol Iustitie, lux, Vitaq; luce revixit,
Solis apud nos est sola sacrata dies.*

70. Ad Pamphilum.

*Cuncta placent in te mihi Pamphile, displicet
unum:*

(Da veniam ut liber dicere vera queam.)

*Nam dum consuetos mores imitaris eorum,
Qui nil dant Musis, diceris inde tenax.
Multa tibi Dominus concessit munera, parcus
Ne fias Musis, munera plura feres.*

71. Ius ambiguum.

*Iurista & Medicus sunt Iuris uterq; periti.
Hic agros alter iure irvabit agros.
Ius dare cuiq; suum novit Iurista Clienti,
Ægroto Medicus ius dare cuiq; suum.
Ius Iuristarum quid differat à Medicorum,
Iure rogas? siccum est illud, at hoc liquidum.*

72. Anagramma Clariss. ac Doctiff. Viri D.
Iohannis Steinmetii Lipsensis. Ph. & Med.
Doctoris, P. L.

*Doctor Iohannes Steinmetius Lipsensis.
Inson non metues hostis deliria ceptis.
Qui manet innocuus, rabido securus ab hoste,
Non metuet ceptis ulla pericla suis.
Tu prodesse cupis cunctis nulliq; notare,
Et medica miseros in super arte irvas.*

NON

NON METVES INSONS HOSTIS
DELIRIA CEPTIS.

Evenient voto sic tibi cuncta tuo.

73. *Æsculapius trifons.*

*Tres Medico facies dum curat adesse videntur,
Divina, atq; hominis, demonis inde mali.
Quamprimum accedit, promittit & ore salutē,
En Deus, aut custos Angelus, eger ait.
Cum verò morbum prostraverit: Ecce homo,
clamat.*

Pramia cum poscit: Perfide Damon abi.

74. *In librum Hyppiatrum Gen. & Stren.
Equitis Bohemi. D. Fiderici Horæ de
Ocelovic. manuscriptum.*

*Egregium pulchro ferri, mihi crede, caballo.
Nè tamen hunc cures morbidus ille perit.
Agricola optat Equos operis adhibere ferendis,
Sit tamen agrotant, ruris aratra iacent.
Hic liber ergo malis pandit medicamina morbis.
Amissas vires quèis reparabis Equis.*

75. *Oves & Capræ*

*Ascendunt montes & summa cacumina capra
Corporeq; elato rodere cuncta solent.
Collibus aut in agris demissas corpore Pastor
Gramine vel tenui stramine pascit oves.
Sic nunc est, verum non sic erit, ad loca mundi
Quando ferentur oves summa sed ima capræ.*

76. *Studium Vulgi.*

*Magnus honor nūmis offertur, magnus habetur
Ditis amor, passim dogmata falsa vigent.*

D 6 Prava-

*Prævaluit Bacchus, Cererē Venus ipsa secuta est,
Miscuit his Circe sava venena manu.
Niligitur mirum, nostris quod regnet in oris
Horrida vis belli. Mars truculente tui.*

77. Aliud.

*Rarus honor Musis offertur, rarus habetur
Artis amor, passim dogmata pulchra iacent.
Despiciunt Phœbus, Charites cū Pallade spreta,
Mercurius parca dat sua dona manu.
Niligitur mirum, nostris quod surgat in hortis
Barbaries cerebri rustica turba tui.*

78. Rhetorica & Dialectica.

*Rhetoricè dicendi Ars est, Logiceq; docendi
Illa Sophistarum dux, decus ista Sophum.
Illa magis condita, recondita, sed magis hæc est,
Illa salax magis, & salsa, sed altera sal.
Rhetoricè verum velat, Logiceq; revelat.
Hæc monet illa movet, hæc docet illa nocet.*

79. In quendam Calvino-Mastiga.

*Cognita Calvini, si non bene scripta teneres,
Effet in ad sacra concio nulla tibi.
Sed male nota tenes, tumidis hinc fortè cachin-
nis*

*Evomis in tantum talia verba virum:
Qua scripsisse refers illum, tibi credere noller:
Particulam sana, qui rationis habet.*

80. Aliud.

*Si quoties repetis Calvini nomen, haberes:
Naulum, tunc opibus caderet Aulatus.
Non tam sæpè tuo Christus versatur in ore,
Ille velut, cane quem peius & angue fugis*

*Dixisti, Papa potius te credere velle,
Istius Hæretici quàm monumenta sequi.*

81. In Eundem,

*Nunquã bella tibi, nunquã discrimina desunt,
Et quo cum certet mens tua semper habet.
Iudaos, Dædòr, Turcas, Papamve putaret,
Sed tu Calvinum, cui mala cuncta voras:
Si cum Calvino pacem Lutherus inibit,
Materies verbis affluet unde tuis?*

82. Metaphora.

*Linguam natura non ulla scientia monstrat,
Illius voces lexica nulla notant.
Sensa figurato profert sermone colonus,
Gestit & urbane rusticus ore loqui.
Ornatur variis ut lingua, ita vita figuris.
Vivimus ut loquimur, cuiq; figura placet.*

83. Ad Amicum Rhythmus.

*Mitto tibi versus ad mœnia nota reversus:
E viridante foro, Pieridumq; choro.
Hos tibi mitto pedes, vestras quia nuper ad ades:
Non licuit, sedes figere, ferre pedes:
Non habeo lepores, quos mitto sume lepores.
Non carbone focos instrue: cerne iocos.*

84. Ad eundem de Natali.

*Dum properare tui Natalis festa diei:
Cerno, tua vita prospera cuncta precor.
Ecce tibi binas posuerunt sacra corollas,
Elige qua opratis est magis apta tuis.
Si myrtum sumes: voveo tibi Phyllidæ pulchræ.
Si laurum: doctam Pallada. Nonne sat est?*

85. De diluvio & fine Mundi.

Propter lascivii peccata pudenda caloris,
 Improbis in gelida mergitur Orbis aqua.
 Propter peccatum gelidum frigentis amoris,
 Restat ut hunc Orbem flava favilla voret.
 Sic Medici morbos sua per contraria curant.
 Algor iners flammis vincitur, ardor aquis.

86. Ad Sodalem.

Vivimus ut iuncti, mensa sic iungimur unâ,
 Nostra, refers, igitur pectora iunget amor.
 Iungeret accessu sancta Virtutis, at ecce
 Disiungit morum pernicioſa cohors.
 Ecquis enim talem sibi iungere vellet amicum,
 Quem plus quam socius venter & esca capit?

87. Ad Mecænatem.

Carmina vis scribam, rigido sed frigore vena
 Torpet: ut exurgat, sub iuce ligna foco.
 Mel mea Melpomene nunquã degustat, ut olim.
 Dulcia metra cupis? mellea ferula dato.
 Exopta nostro volitare per athera versus?
 Pandat fac vobis Pegasus ipse suas.

88. Ad eundem.

Da quod adest, quod abest nõ posses si dare velles.
 Nõ prodest quod adest, sed mihi obest q̄ abest.
 Quod mihi nõ prodest, animo tibi mitto lubenti.
 Mitte mihi, quod adest, Tu, tibi, mi q̄ abest.
 Quod tibi adest tibi obest, mihi mittito, ne magis
 Proderit haud oberit sic q̄ abest & obest. (obſit:

89. Che-

89. Chelys.

*In tenera multas testudine tangere chordas
 Difficile est, blandum reddat ut illa sonum.
 Si malè tensa tamen, vel rupta sit unica chorda,
 Protinus harmonia gratia tota perit.
 Sic benè conveniunt concordia foedere Fratres.
 Si sint discordes, unio tota cadit.*

90. Ciconia. *

*Candida qua longis avis est in visa colubris
 Implumes pullos, pignora grata, fovet.
 Hi meriti memores, senio confecta Parentum
 Membra ferunt humeris, suppediantq; cibos.
 Hac pietate hominū Soboles commota, Parentes
 Portet, iisq; cibos praestet, opemq; ferat.*

91. De tempore matutino & Vespertino.

*Sol iubet exoriens sylvas camposq; virentes
 Quarere, & herbofo ducere monte choros.
 Declivis vitreas descendere suadet ad undas,
 Cernere tum lusus amnis amane tuos.
 Hinc Homo vestigiis Phœbi loca mane requirit
 Ardua, caruleis vespere gaudet aquis.*

92. Minotaurus.

*Monstrum Gnosiacis inclusit Dadalus antris,
 Semivirumq; bovem, semibovemq; virum.
 Romani, valida capientes bella phalange,
 Pictum vexillis apposuere suis.
 Scilicet ut belli secreta regenda monerent
 Consilia; auctori techna resecta nocet,*

93. Re-

93. Reverentiam in M. trimonio requiri.

Cum furit in Venerem, pelagi per littora currit
 Vipera, & è stomacho dira venena vomit.
 Sibilat atq; sono murenam suscitatur illo:
 Proripit, & nexu concipit illa suo.
 Hac thalami lex est, Vxorem ritè maritus
 Diligat, obsequium prester & illa viro.

94. Grammatica:

Quisq; Grammatices tenuè contemnis a venâ,
 Principium studii negligis atq; tui:
 Iure pari reliquas etiam postpona Sorores,
 Quas tibi Mnemosynes casta propago dedit.
 Grammatice tenera pandit primordia lingua,
 Hac sine Musarum ianua clausa manet.

95. De varietate fortunæ:

Ob paupertatem laqueo vult rumpere vitam
 Vir quidam, reputans arbor an apta foret.
 Verùm thesaurũ viridante sub arbore nactus,
 Linqvit: ovans laqueum quo periturus erat.
 At qui condiderat, sublatum dum videt artũ,
 Hunc, laqueum collo complicat; atq; perit.

96. Cur dextera dextræ jungatur?

Cum vaga civili flagraret Roma tumultu,
 Viribus & caderet Martia Terra suis:
 Mos fuit, in partem turmis coeuntibus unam,
 Iungeret ut primos mutua dextra duces.
 Fœderis hac species: id habet Concordia signum,
 Vt quos iungit amor iungat & ipsa manus.

97. Re-

97. Remora.

Celi remoratur iter Remora spreto impete venti
 Remorumq; potest neclere parva moras:
 Sic etiam ingen. quosdam virtuteq; claros
 Detinet in. lio tramite causa levis,
 Huic mala paupertas, alij meretricius ardor
 Obstat, & à Musis ar vocat ingenuis.

98. Ætas.

Invida præcipiti labuntur tempora cursu,
 Et nihil aeterna conditione manet.
 Dum loquimur, brevis hora fugit, vix nota iu-
 Induit hirsutis tempora cana comis. (ventus
 Qui modo florebat toto notissimus Orde,
 In solam flectit flebile corpus humum.

99. Arbor Persica.

Arbor in Europam transfertur Persidis arvis,
 Ut spargat fructu dira venena suo.
 Mollior & melior translata facta sed illa,
 Producit nostro dulcia poma solo
 Cui ferus est animus Patriis dnm it in oris,
 Transferat hic sedem, mitis & erit.

100. Occasio.

Insistit rotula, retinet talaria plantis,
 Volvitur usq; suis motibus, atq; volat.
 In dextra est duro conflata novacula ferro,
 Scindere quâ præcepto obvia quaq; solet.
 Fert in fronte comas, hanc arripe: negligis? eheu
 Occiput est calvum, protinus illa fugit.

SVPER-

SVPERPONDII VICE

*Tertia huic Centuria ap-
pendatur,*

PRECATIO IN PRÆSENTI
turbulento rerum statu.

AD te levamus corda mesta supplices,
Audi Pater nostras preces,
Qui nos creasti prapotentis numine,
Adsis tuo munimine.
Dum turbulentis fluctibus submergimur.
Ad te Deum devolvimur.
Tu nostra spes es, tu salus, solatium,
Tu post labores otium.
O vile simplex en tuum ferocibus
Invadit hostis ausibus.
Ritu prophano polluit sacraria,
Et perpetrat nefaria.
Nec te futurum cogitat vel iudicem,
Vel perpetrati vindicem.
Rivi cruoris perluunt nostrum solum,
Vox mesta scandit ad polum
Truncata ferro membra te colentium
Ridentur, hic iacentium:
Rostris petuntur vulturum crudelibus,
Aut belluarum dentibus,
Nec est amicus ossa sparsa qui legat,
Aut lecta terrâ contegat.
Ceu in macellum belluæ deducimur,
Et absq; causa cadimur.

Omnesq;

Omnesq; terras, in mari celi naufrago,
 Errore complemus vago.
 Vicina nostris regna gaudent cadibus,
 Insultat hostis cladibus.
 Fingunt malignè multa multi crimina,
 Mendaciorumque agmina.
 Hinc seip̄ sepulti seip̄ superstites sumus,
 Votis frui non possumus.
 O qui potenti cuncta claudis dextera,
 Das lata das & aspera:
 Exurge, vires fac tuas vis hostium
 Agnoscat insolentium,
 Audi gementes, asperis qui vinculis
 Marcent in orbis angulis.
 Peccata nostra, qua movent iram, tu
 Dele cruore Filii.
 Offensionum mitis oblviscere,
 Cessa magis nos perdere.
 Tu nostra turris, nos foves, curas, alis,
 Tu portus in rebus malis.
 Tui favoris aura mollis nos regit,
 Amoris ardor protegit.
 Te dante vires hostium vitabimus,
 Adversa profligabimus.
 Agnoscat ergo fac ut omnis impius,
 Quod nostra spes sis, o Deus!
 Hostes minaces funditus iam contere:
 Qui nos volunt evertere.
 Fac ut scelestum vergat in caput scelus,
 Tuisq; contingat salus.

Concede

Concede nobis post labores asperos
 Dies videre prosperos.
 Vt te canamus & viternis cantibus
 Et provehamus laudibus:
 Votis tuorum supplicum placabilem.
 Malisq; formidabilem.



Tumulo

NOBILISSIMI CLARIS-
SIMI AC CONSULTISSIMI VI-
ri Domini GEORGII LIPPERTI
Schlackwaldensis Bohemi, in Aula Casarea
Causarum Agentis. Anno 1620. 1 Augusti,
Praga, Amicorum summo cum dolore &
mœrore è Vita sublatis, tristis
condolebat,

M DANIEL STOLCIUS de STOL-
cenberg Bohemus ei ante Obitum firmis-
simo amore fauore & affinitate
conjunctus.

Splendida dū nuper magna peto mania Praga.
Quali quidam Vitreis Mulda videtur aquis.
Plurima tunc tacita pervolvō negotia mente,
Vt cedant votis qua per-agenda meis.
In primis verò te totum Chare GEORGI
Multoties Animi lumine lustro mei.

O quàm

O quàm te cupidis (dico) cras lætus ocellis
 Adspiciam, Chari ceu Patris ora mei.
 O quàm verba tua gratus socriffima lingua
 Percipiam, Hyblæo qua tibi melle madet.
 Melle madet, sed felle caret, nec Pectoris antrum
 Inficiunt succo dira Venena suo.
 Hinc tua dicta placet, hinc & tua facta proban-
 Omnibus, hinc vita gloria lausq; tua. (tur
 Sic memorans propero Pragensem latus ad Urbē,
 Ignarus fati Chare GEORGE tui.
 Sed cū summa procul Pragensis culmina turris
 Intueor, lasso confero calcar Equo
 Iam supero flumen, tuus ut dilecte GEORGI
 Frater in occurſu nuncia maſta refert.
 Hunc etenim ut blando, ceu mos meus, alloquor
 Ille mihi rursus prospera cuncta vovet (Ore
 Dum cerno nigrum vestitum, quero, quid illud?
 Nescis tu Sortem dicit at ille, meam.
 Sit procul omne malū, respondeo: dicit Sortem.
 Fratris, ait, Mortem Vestis ea atra notat.
 Obstupui, steteruntq; coma, vox faucibus hæsit.
 Nec volui primò credere nec potui.
 Sed postquam venio notas mihi tristis in ades,
 Invenio Fratrem veratuisse tuum.
 Heū dolor! heū lacryma! curis heū pectus acerbis
 Turbatum, ob Mortem Chare George tuam.
 Ergo mea mecum tristes lugete Camena.
 Dum nequeo fatum vincere, flere iuvat.
 Spargite ferali funebria busta cupresso,
 Et maſto veſtras cingite flore comas.

Solve-

Salvite iam celeres cineri postrema iacenti:
 Pōst tumultum lachrymis condecorate piis.
 Tuq; Novenarum Dux & Lux Phabe Sororū,
 Tange dolorifica tristia filalyra.
 Occidit, & Celi rediit Lippertus ad Arcem.
 Inde etenim Vita dulcis Origo sua.
 Occidit heū Pylī, qui vivere Nestoris Annos
 Dignus erat, dignos sic quoq; Parca necat.
 Occidit heū generis gratissima gloria nostri.
 Sic etiam Mortem gloria nulla movet.
 Occidit heū felix magnorum cura Virorum,
 Sic etiam qua vis gratia Morte cadit.
 Occidit heū miseri Spes & pia Cura Clientis.
 Sis benefactores Mors inimica necat.
 Hic fuerat magnus magna Pietatis Amator.
 Et coluit verā Relligione Deum.
 A teneris Annis fuerat versatus in Hortis
 Aonidum, Sacris labra rigavit aquis.
 Illius hinc blando sermo manabat ab ore
 Dulcior ambrosiis neētareisq; cibus,
 Promptus ad Eloquium, Germano sive Bohemo
 Seū fuerant Latio Verba ferenda scno.
 Audiit hunc hominū quisquis viditq; loquentē,
 Protinus illius captus Amore fuit.
 Illius officium nōrat bene Caesaris Aula
 Hic ubi Praga Triurbs mollia rura videt.
 Illius excelsi celsa Virtute Barones
 Consilium ceptis expetiēre suis.
 Illius Auxilium miseri sensēre Clientes
 Si quis eis hostis damna nefanda tulit

Illius

Illius & multa praclari nominis Vrbes
 Viderunt gratam sapius Artis opem.
 Illius accessu curis oneratus Amicus
 Latior ad sese mox revocatus erat.
 Ille peregrinis quicquid tractatur in oris
 Nôrat, ei Cursor cuncta notata dabat.
 Sive quid Hispanus têtârat, Turca, Britannus,
 Italus aut liquidis Belga peritus aquis.
 Quicquid in imperio Romano, quicquid in Orbe
 Accidit, innumeris sciverat is numeris.
 Præterea validos decorabat Corporis artus
 Forma decens. Animi sunt bona signa boni.
 Ardua Maiestas manabat ab Ore decenti,
 Nec facies ullo tempore mœsta fuit.
 At iam demisso iacet, heû Mors improba! vultu.
 Corporis istius iam decor omnis abit.
 Heû vos immites sævissima numina Parca
 Siccine in hoc magnis parcitis Orbe Viris?
 Siccine gestarum vos tangit gloria rerum?
 Sicne movent populi plurima vota pii?
 O durum Fatum! cur tam crudelibus ausis
 Abrumpis Vitæ stamina grata bona?
 O vitanda homini longa Spes credula Vitæ,
 Sic inspiratis heû lachrymosa facis?
 Sed quid flere iuvat? fletu non Fata moventur,
 Ridet & ad lachrymas improba Parca meas.
 Quid querat ulterius! Iova fuit illa voluntas,
 Spernat ut ille solum, cernat ut ille polum.
 Non est amissus, verum præmissus ad Arcem
 Qua reparat membris gaudia vera suis.

Quod

Quod superest igitur, voceo Mens libera Cælo
 Gaudeat, in Terra mollior ossa cubent.
 Donec ab Æthereis Iudex iustissimus oris
 Venerit Angelico concomitante choro.

IN INSIGNIA EIVSDEM
 Viri Clarissimi.


Quid Leopardæ notas Sceptra pede forte tenen-
 Cur stans erectus, tollis ad alta Caput? (do?
 An laudes pleno LIPPERTI præcinis Ore?
 Quem Virtus celsi vexit ad Astra Poli.
 Utq; tuum scævem dirus fugit Anguis odorem,
 Sic fugisse malos, Sceptra perita refers?

AD FLORENTISSIMAM
 Urbem metalliferam Schla-
 ckenvaldam.

Schlackenvalda Viros tales educitoplures,
 Qualis hic, haud cuiquã laude secundus, erat.
 Inde tuum Nomen celebri super Astra cothurno
 Surget, & aeterna Laus memoranda die.
 Namq; manet Patriã Laus, nõ moritura fidelẽ,
 Qua memorat Cives se genuisse bonos.

FINIS.

*Q*ui pius, in terris D
ornat,
Aeternas poenas in
68
Pro conservatio
*P*rotege Christe tuas,
Intemerata for
Sic rege Pastores, quos ad
Inviolata colant, ad
6
In Passionem
*C*ondis opus, memor
nes
Leibi: quod Christum
Perge ita. Sic poteris Christi
Possessor Christus
70
Ad Musarum
*M*usica cum Musis, cum
Quidam? Christus



the scale towards document

urvat,
risti
verba
oves,
phan-
m est
lo,
mibi,
Ad